



Acc 3790

gi. I 13.

■ 18. II.



UN



GENT




Hissitt. Acc. 3790

cliff B.

1896





9æ 3790

Ubbonis Emmij

De origine & Antiquitatibus  
Frisiorum contra Suffridi Petri  
Bernardi Furnerij Babulas  
& Criminaciones perspicua &  
solida Veritatis assertio. Ex-  
tat est in Frisiorum Republica  
eod. auctore, Lemeda 1619. edita,  
in pag. 513. usque ad 652.

n.º 68

Servit iis

F. Henrici D E Gessinck

SCRIPTORIBVS  
FRISIAE,  
Decades xvij. & scmis:

IN QVIBVS NON MODO  
PECVLIARES FRISIAE, SED ET  
TOTIVS GERMANIAE COMMV-  
nes antiquitates plurimæ indicantur, & ve-  
terum Historicorum ac Geographorum  
loci hactenus non intellecti explican-  
tur: Causæq; redduntur dilucidæ, cur  
veteres Germani præter meritum  
ruditatis & imperitiæ à qui-  
busdem in re literaria  
arguantur.

Authore SVFFRIDO PETRO Leouardieni, viri usq[ue]  
I. C. Historico Frisiae, Canonico ad

ss. Apostoloros.

Biblioth. flugistino - Teneremoda  
COLONIAE AGRIPPINÆ,

Apud Henricum Falckenburgh

---

Anno 1593.



IO. Matalius Metellus Se-  
quanus I. C. Suffrido  
Petro Frisiæ Histo-  
rico I. C.

**F**AMA Virum occiderat, doctorum in Frisiæ terra,  
Qui sua compositis clararunt nomina libris.  
Illa sed, ut Phœnix rediua repullulat ales;  
Pergit, suos cineres vacuum nunc aëra pulsat,  
Ac velut impositos vectans titania dorso  
Scriptores Frisiæ, spatia orbis cunel a per errat.  
Hac Suffride tibi debentur munera vita,  
Seruasti ciues cuius, tibi parta corona est  
Ciuica; ut ligna tibi tempora fronde corones.  
Fallimur; an rostri ceu pectora cuspidi pungit  
Platalea, ut fetus ex angues sanguine seruet;  
Inq[ue] hyperionij producat lumen auras?  
Sic tu Scriptores illos veteresq[ue], nouosq[ue],  
Squallore obductos tetro, terraq[ue], sepultos,  
Vnus restituis vita, reuocas & ab umbris;  
Per te quo celebres viuant, famaq[ue] perennes.  
Ciuibus ergo tuis dum vitam Petre dedisti;  
Hanc dando, saeva victor, de morte triumphas:

Coloniæ Vbiorum Agrippinæ  
8. Kal. Quintileis, 1593

AMPLISSIMIS  
NOBILISSIMIS CON-  
SVLTISSIMISQVE VIRIS  
AC DOMINIS ORDINI.

BVS FRISIAE, DOMINIS  
suis vnicè co.  
lendis.

S. P. D.

**A**Mplissimi, Nobilissimi  
Consultissimique Viri ac Domi-  
ni, Mæcenates Candidissimi,  
ante triennium, cū tres de An-  
tiquitate & Origine Frisorum  
libros in lucem darem, eam Rationem red-  
didi, cur illos primo loco ederé, qui argu-  
menti ratione vltimi inter eos erant, quos  
Rerum Frisicarum titulø complectebat,  
quod ingrauescente iam ætate, maturandā  
mihi præcæteris eius operis editionem iu-  
dicarem, in quo mihi plurimos contradic-  
turos esse putabam, quod plurima ibi præ  
ter communem eruditorum expectationē

## E P I S T O L A

Maioribus nostris assereré. Volebā enim ip-  
se dū viuerē, vel mutare in his, si quis quid  
erratū à me cādide admonuisset, vel defen-  
dere, si quis quid præter meritum suggil-  
lasset: Atq; huius quidem consilij mei me  
nondum pœnitet: Nam etsi libri isti inte-  
rea temporis ad multorum manus perue-  
nerunt, qui inter scriptores nostri sæculi  
locū habēt, nemo tamen est repertus hacte-  
nus, qui vel in minimo aliquo eos repræ-  
hēderit: Quin potius multi scriptis ad me  
literis collaudarūt, & ad cætera in lucē edē-  
da cohortati sunt: Itaq; tametsi plurimę dif-  
ficultates, me hactenus ab edendis reliquis  
(quæ interea cudi) retardauerint, quas hic  
ostanes recensere longum fore, tamen vel  
huius iudicij exspectatio sola moram hanc  
excusare posset, cum ex euentu ipso nunc  
intelligam quorundam veterum de no-  
stratibus commenta, eruditorum iudicio  
satis iam esse à me confutata: Neque magno  
pere mihi verendum esse, ne quis mē mor-  
tuō tumultuetur, qui viuente me quieue-  
rit. Itaque iam securiori pectore deinceps  
ad cætera, quæ proposui, absoluenda & e-  
denda contendam: In quibus publicandis  
hunc ordinem mihi obseruandum esse pu-  
to, vt antiquitatis Frisonicæ assertioni pro-  
xime subiungam opus hoc de scriptoribus  
Frisiæ, vt appereat nobis idonea earum re-  
rum, quas tradidimus, documenta non de-  
esse;

## P R A E F A T I O.

esse, siue de prima ista origine, siue de subsequentibus maiorum nostrorum actis agamus. Alioqui enim cum literarum monumenta apud Germanos non admodum antiqua reperiantur, nostra fidem non facile inuenirent apud Lectorē cordatum: Quocirca ut Lectori pleniorē de nostris fidē faciamus, eximendus ante omniā hic error est iis, qui putant Scriptores in Germania omnes recentes esse nullos antiquos fuisse: Negari vero non potest verisimilia valde esse, eorū argumēta qui diuersā à nobis sententiam fount. Primum enim extra controuersiam est, Cornelium Tacitum assere re a Viros pariter ac fœminas in Germania ad suam vīcī; ætatem literarum secreta ignorasse. Et Io. Trithemius afferit, se nullū antiquius vidisse scriptum Germanicum, qnam Monachi cuiusdam Ontfridi Theotisci nomine, circa annum Domini 820. idque Rithmis, vt vocant, conditum. Cui consonat, quod Joannes Stumpfius in Chronicis Heluetiorum refert, Carolum Magnū primum latinis literis Germanicam linguā conscripsisse, sed hanc scripturam adeo imperfectam fuisse, vt aliquot etiam postea sacerulis contractus & causæ Forenses, & instrumenta & priuilegia Cæsarum latinè scriberentur, ita ut circa annum Domini 1200. demum Germanici sermoni scribendis ac stylī ratio in vsum publicè recepta sit. Quæ

P R A E F A T I O.

Si ita simpliciter & sine distinctione conce-  
dimus esse vera, nos merito paradoxā scri-  
bere videbimus, qui Frisiis nostris tantam  
asserimus antiquitatem: Et libera relinque-  
mus extraneis quibusdā in Germanos sua  
scommata, qui eos hinc vixisse cauillantur  
pecudum instar sine ingenio, sine ratione  
sine omni disciplina. Nec mirum cum eos-  
dem fungorum instar ex terra ortos ijdē  
credant, quod idē Tacitus scripserit Ger-  
manos non aliundē aduenisse, sed in ipsa  
Germania natosesse. Et inualuit apud quos-  
dam adeo hæc peruersa ex Taciti verbis  
concepta opinio, ut disputare etiam publi-  
cè non vereantur, cadat ne in Germanostā  
ta vis ingenij, qnanta in alias quasdam natio-  
nes? serioqué mirentur, si quid egregium  
præstetur à Germanis, quod ab his nihil  
huiusmodi expectarunt: Et haud scio ri-  
dendum potius an flendū sit, extitisse Ger-  
manos quosdam tam ineptos, ut non alia ra-  
tione maiores suos ab hoc contempiu vin-  
dicarint, quam quod scripserint, Germa-  
nos veteres fortiter agere, quam acta con-  
scribere maluisse: Videntur enim hi Taci-  
to in eo etiam suffragari, quo scripsit, Ger-  
manos quoties bella non ineunt, non mul-  
tum venatisbus, plus per otium transigere  
deditos sumno ciboqne. Ut qui amarint in-  
ertiam & oderint quietem: Alioqui enim  
Taciti verbis in hoc proposito, vel simplex

Ibidem.

Ibidem.

con-

## P R A E F A T I O .

contradic<sup>tio</sup>, vel commoda distinc<sup>tio</sup> adhuc  
benda erat: Nam quod Germanos indige-  
nas esse asserit, in eo per sacras literas eius  
iam dudum est explosa sententia: Et alij alii  
unde nationes alias, nos ex India Frisios in  
Germaniam adduximus. Quod autem de  
literarum cultu hic controvèrtitur, distin-  
guendum est: Nos enim hic de rebus com-  
munibus, & in usu populari versantibus lo-  
quimur, quas scriptis etiè ante Cornel. Ta-  
citu<sup>m</sup> compræhensas dicimus. Tacitus ve-  
ro, sicuti sentit, ita loquitur, de literarum se-  
cretis, hoc est, de arcana illa doctrina, quæ  
penes Sacerdotes solos in plerisque genti-  
bus ea tempestate fuit. Apud Gallos penes  
Dryidas literarum secreta erant, qui soli  
doctrinam arcanam in abdito tractabant.  
Literæ interim ipsis authoribus populo  
non deerant, quibus acta patriæ, contra-  
ctus, epistolæ familiares, & similia notan-  
tur: Eadem ratione ipse Tacitus apud Sa-  
cerdotes Germanorum Religionis cultum  
& leges, quæ in distributione pœnarum &  
præmiorum consistebant, fuisse dicit, quæ  
communia erant, & populo concedeban-  
tur: Ab his vero diuersa erant, quæ secreta  
literarum vocat, & populo non committe-  
bantur: Ita Plutarthus author est penes sa-  
cerdotes Aegyptios solos arcanam religio-  
nis auctoritatem disciplinam fuisse, quæ literis ar-  
canis, hoc est, Hieroglyphicis contineba-

P R A E F A T I O.

tur: Ita apud Indos Gymnosophistis se-  
creta literarum committebantur, commu-  
nia literarum populo non denegabantur,  
quibus in liberalium artium explicacione  
vtebantur: Quæ cum ita sint, nos à Tacito  
vulgum in Germania, à secretis literarum  
non à literis ipsis alienum declarari intel-  
ligimus quatenus & acta consignari, & ab-  
sentium voluntates indicare absenti-  
bus & res gestæ posteritati tradi potue-  
rint: Nam quod Trithemius supra dicit, se  
nullum antiquius scriptum germanicum  
vidisse, quam ab anno 820. id ad characte-  
restantum pertinet, quibus in lingua Ger-  
manica exprimenda tunc vtebantur. Ger-  
mani enim primm suis antiquis, deinde  
Græcis, postea Latinis, ad extremum suis  
iterum, sed nouis characteribns vñi sunt:  
Interim vero multis sæculis ante natū Chri-  
stum Germani veteres habuerunt Remp.  
leges & iudicia, celebrarunt contractus &  
& mercimonia, habuerunt curam posterita-  
tis: satis id ex Iulio Cæsa, satis ex Tacito &  
alijs apparet, qui, quam Rempub, Sueui,  
quam Canchi, qnam alij nonnulli habue-  
rint, satis perspicue declarant, dū illis actus  
huc pertinentes attribuūt: Ita vt necessario  
consequatur, ea tempestate apud Ger-  
manos fuisse rerum patriarchum Scriptores: Cū  
harum rerum memoria diurna esse non  
possit, nisi scriptis conceptas maiores po-  
steris suis eas per manus traditas transmi-

## P R A E F A T I O.

Fessent. Nos certe hoc opere à trecentis ac  
tredecem annis ante natum Christum, qui  
hactenus apud nos Scriptores fuerunt, pro-  
ponimus, & horum testimonio declara-  
mus, apud nos toto huius temporis curricu-  
lo Rem pub. & eius nomine literas viguisse.  
Quod quidem si in reliqua germania sin-  
gulis nationibus prestare forte difficile sit,  
non inde tamen presumendum est, minus  
multos fuisse: Sunt enim causæ & multæ &  
iustæ, cur vel interceptos, vel suppressos,  
vel deniq; oppressos existimare debeamus  
potius, quā prorsus non esse scriptos, quos apud Ger-  
desideramus: Situm autem cariem, ti-  
neas, blattas, bella, item tumultus, incen-  
dia inundationes, & cōsimiles calamitates,  
quæ vbique terrarum rebus humanis per-  
niciem adserunt, quis credat in Germania  
tot sæculorum interuallo Scriptoribus an-  
tiquis non nocuisse? Atquitamen in Ger-  
mania præter communē istas calamita-  
tes etiam aliæ longè magis rem literariam  
impedierunt, quæ tanto grauiores Germa-  
niæ fuissa censeri debent, quanto magis illi  
peculiares extiterunt: Hæ potissimum nu-  
mero quinque sunt. Gentium migratio-  
nes crebræ, linguæ popularis declinatio-  
characterum frequens mutatio, edictum  
de non scribendo, linguae ipsius constans  
difficultas. De quibus singulis in rerū Ger-  
manicarum opere commodius ac plenius,  
hic tantum dicturi sumus, quantum præ-

cause cur  
manos mi-  
Scriptores  
antiqui ex-  
tent quā am  
alibi.

## P R A E F A T I O.

**Gentium cre-** sens institutum hoc nostrum postulat: **Cre-**  
**buae migratio** briores autem in Germaniam quam vsquā  
**nes in Ger-** alibi gentium fuisse migrationes, dubitare  
**mania** nequaquam potest, qui geographos & hi-  
storicos veteres euoluit, Strabonem, Flini-  
um, Tacitum, Ptolemæum & consimiles,  
& recentiores Lazio, Althamerum, Bili-  
baldum & alios. Sed cum à Septentrione  
& Oriente mari alluatur Germania, qui  
primi eam ingressi sunt, cum nauigio ap-  
pellerent, insulas potissimum eas occupa-  
rūt, quæ ad Septentrionem vergunt, quod  
eas sibi ad possessionem magis in tuto fore  
arbitrarentur, ob id quod aquarum præsi-  
dio, mœnium instar, aduersus ingruentem  
vīm defenderentur: Apparet id in Thegor-  
ma, quem Germanorum patrem Moyses  
constituit. Cuius posteritas Aquilonis late-  
ra occupauit, vt in Germania nostra clari-  
us docebimus. Qui proinde cum sedes suas  
pertinacius & efficacius tutati sint, antiqui-  
tates etiā suas literis melius conseruarunt.  
Postea vero qui accesserunt, cum in medi-  
terraneis cōsedissent, superuēcentibus idē-  
tidem ab Oriente nouis Colonijs, frequen-  
ter sedibus suis expulsi sunt, & ipsi vicissim  
expulerunt alios: Quod quidem cum sæ-  
pius accederit, & posteriores cōtinue prio-  
res non aliter, quam vnda vndam pelle-  
rent, factum est, vt & scripta vna cum cæte-  
ris quæ chara habuerunt, amitterent. Quē-  
admodum

P R A E F A T I O.

admodum enim victoribus nihil prius est,  
quam ut omnem antiquitatis memoriam  
victis auferant, ita victis in tanta trepidatione,  
qua sedibus expellerentur, parua eorum  
cura fuit, quæ postea forte in alijs usui  
futura non erant: Cum igitur violenta hæc  
gentium migratio scriptoribus pernicicim  
attulerit, tum etiam quæ huic consequens  
fuit, linguae declinatio, id consimiliter effec-  
cit. Nam cum subinde aliæ atque aliæ natio-  
nes in Germaniam ingruerent, quoru[m] lin-  
guæ insolens erat fieri non potuit, quin ex  
commixtione diuersarum gentium, lin-  
guæ, quæ simplex antea fuerat, à pristina  
sua puritate deflesteret. Quo facto cum li-  
bri antea scripti, paulatim obsoleti non in-  
telligerentur, mirum non est, eos ut inuti-  
les porro fuisse neglectos & contemptos.  
Quod quidem ab initio gentis ad Carolu[m]  
usque magnum quantum in mutanda hac  
lingua valuerit inde qui uis æstimet, quod  
nos ea vix nunc intelligamus, quæ viuente  
Carolo scripta sunt: Nec mirum id quidé,  
cum & Cicero Decemuiralibus Rom. Ta-  
bulis id accidisse testetur, in quibus tamèn  
non gentium diuersarum commixtio, sed  
sola nouitatis affectatio orationem obscu-  
ram reddiderat: Confectis enim vocabulis  
nouis & in usum popularem receptis, lin-  
guæ prisca illa, quæ vetustis constabat, fasti-  
dita fuit: Itaque cum ob causam supradi-  
ctam

Lingue Ger-  
manicae deli-  
natio.

P R A E F A T I O.

**Mutatio cha-**  
**racterum in**  
**Germania.**

**Genes. cap. ii**

Quā minus obnoxia mutationi lingua Germanorum Septentrionalium fuerit, consequitur minus etiam periculi hinc fuisse eorum Scriptoribus, quam Scriptoribus mediterraneorum: Porro autem pari necessitate qua gētium migratio mutationem linguæ, ita vicissim & ipsa quoque linguae mutationem characterum, Scriptoribusque perniciosa secum traxit Reserit perspicua si à fontibus suis arcessatur: Tres enim linguae sunt sacræ, quarum singulæ dum in populari usu versarentur vicissim habitiissime patuerunt: Hebraica enim ad Babyloniam vsque confusionem vniuerso genere humano per totum terrarum orbem communis fuit, ut testatur Moyses, & vtebantur prouide omnes homines ex æquo, in exprimenda lingua sua characteribus Hebraicis: Post confusione Babyloniam dispersis in diuersas regiones gentibus, cū lingua non eadem mansisset omnibus, aliæ Hebraicis porro usq; sunt, aliæ sibi ad scribendum proprios commenti sunt, aliæ mutuatitias usurpatūt: Iudei tametsi toto orbe dispersi vbiunque terrarum habitant lites Hebraicis veluti proprijs, ac suis nō modo communem Iudeis linguam Hebraicā sed & popularem suam in qua quisquis natus est, & quam familiariter usurpat, describunt. Idcoque nos iam epistolas Germanicas, Gallicas, & Italicas literis Hebraicis

con-

## P R A E F A T I O.

textas vidimus: Cadmus ante Troiam con-  
ditam Græcis proprios characteres tradi-  
dit, quos ipsi progressu temporis expoliue-  
runt, & in hūc usque diem usurparunt: Car-  
mentis Euandri mater Latinis proprios  
characteres inuenit quibus & ipsi haec tenus  
vtūt: Reliquæ nationes mutuatitijs usq;  
sunt, aliæ alijs, prout id commodius qui-  
busq; fuit visum: Nā illæ lingue quæ nō lon-  
ge ab Hæbræa declinauerant, vt Chaldaï-  
ca, & si quæ sunt aliæ Characteres Hebraï-  
cos retinuerunt: Cum autem Græcorum  
lingua successu temporis longè latèque per  
totum peneterrarum orbem dispersa esset  
eaque omnes pene nationes veluti com-  
muni in commercijs, & politicis negotijs  
vterentur, Græcorum etiam characteres  
ad exprimendam linguam suam multe mu-  
tuatæ sunt: Hoc enim illud est, quod notat  
Plinius, omnes gētes in hoc comp̄spirasse ta-  
cītē, vt Ionum literis vterentur. Iones enim  
Græci appellantur à Iauan filio Iapheti, qui  
conditor eorū fuit. Exemplo sunt Mosco-  
uitæ & Lithuani, qui etiam hodie charakte-  
ribus Græcis vntuntur, quanquam linguam  
habeant pene Schlaunonicam: De Germā-  
nīs id comperio, antiquissimos illos, qui in  
hanc prouinciam primi venerunt, deposi-  
tis vtcumque Hebraicis, proximè sibi con-  
didisse nouos & peculiares, quibus ad Reip.  
suæ necessitatem vterentut. Saxo Gramma-

P R A E F A T I O.

ticus commemorat Thulenses antiquitus,  
singulari quadam curiositate incubuisse, in  
conscriptendas vicinarum gentium histo-  
rias, id quod eos peculiaribus quibusdam  
suis characteribus fecisse, ex ipso colligi-  
mus, qui non pauca ab illis in historiam suā  
traduxisse videtur. Quibus characteribus  
vetustissimi Gothi ac Dani vsi sint. Ioan-  
nes Magnus Gothus, & Henricus Ranzo-  
uius repræsentant: in Mediterraneis Ger-  
manis nullum horum characterum vesti-  
gium reliquum appareat, quod inde factū  
puto, quod hic vt ipsa lingua sic & charac-  
teres quoque magis caduci fuerint: Itaque  
vt remotis Hebraicis proprios, ita proprijs  
obsoletis Græcos acceperunt: Quod factū  
solidissimis ijsdemque euidentissimis ar-  
gumentis constat: Gallorum Dryides (vti-  
que antiquissimos) lingua Græca vfos esse  
testatur Cesar, & de Germanorum sacer-  
dotibus idem scripsit Trithemius: Nec mi-  
rum, cum ijdem hi cum illis fuerint: Acce-  
dunt huc ipsorum Germanorum creber-  
rima cum Græcis nationibus commercia,  
quæ vsum eius linguæ necessario fragita-  
bant: Accedebat huc, quod non paucæ Co-  
loniæ ex Græcia in Galliam & Germaniā  
deductæ sint, quæ suis vocibus hasce lin-  
guas non parum fœcundaruut: Quam rem  
non modo Græcorum inscriptiones aliaq;  
monumenta ab eruditis passim adnotata,

sed

a Lib.

## P R A E F A T I O.

sed & voces quoque Græcæ ab Althamero Lazio, Budæo, & alijs copiose adnotatæ re-stantur : Itaque quod & militares tabulas siue indices Græcis characteribus exaraue-rint, ex Cæsare cōstat, quia tales in Heluetio rum castris repertas esse scribit. Nam quod idem Cæsar scribit, se ad Q Ciceronem dedisse epistolam Græcam ne intelligi à vulgo posset, si forte intercipetur, id sig-nificat, Epistolam istam, & lingua ipsa & characteribus Græcam fuisse. Etsi enim vul-gus forte interceptam Epistolam ob noti-tiam characterum legisset, ob ignorantiam tamen linguæ eam non intellexisset. Itaq;  
& Vastaldum etiam antiquissimum Fran-conicæ gentis Historicum Hunibaldus re-fert, in scribendo vsum esse characteribus perquā similibus Græcis: Sed vt hēc de Ger-manis Mediterraneis affirmamus, ita & Aquilonares istos, Gothos, Danos, & reli-quos satis constat, (quam non paulo seri-us) antiquis proprijs depositis usurpasse Græcos: Et nobis etiam hic eoram testatus est clarissi. V.I.C. Matalius Metellus Sequa-nus, ad suas manus aliquando peruenisse Nouum Testamentū lingua Gothicæ cha-racteribus Græcis scriptum : Frisij nostri proprios characteres nunquam habuerūt. Ideoque semper mutuatijs vñi sunt, primū Græcis, deinde latinis, ad Germanicos ha-etenus inhabili eorum lingua, quæ Græcis

Lib. I. de  
bello Gall.

Lib 5. de  
bello Gall.

ita

P R A E F A T I O.

ita commode scribitur ( modo Vocales ac Diphthongos vero, hoc est, eo sono, proferas, quo Erasmus, Chiecus, & Mekerchus docuerunt.) ut nihil concinnius fieri queat: cur autem Græcis potissimum characteribus vti instituerit Princeps noster Friso, causam esse puto, primum quod patrios suos, hoc est, Indicos, ut prorsus peregrinos neque utile neque facile fuerit introducere, deinde. quod, ut cæteris ea tempestate Germanis, ita & Suevis Græci placuisse quibus emigrantibus in prouinciam ipso succedebat: Deinde quod eos ad commercia non modo cum Germanis ac Gallis ac cæteris nationibus aganda terra marique, sed etiam cum cognatis Siculis & Aegyptijs commodissimos esse iudicaret: Accedebat huc, quod ipse Græci literis liberaliter ex cultus erudiendæ iuuentuti gymnasia exercisset, in quibus literarum & armorum exercitia instituisset, accitis ad hoc ex Græcia magistris: Deinde quod etiam disciplinæ publicæ Dryides præfecisset, quibus ut Religionis & Legum & Philosophie cura commissa est, ita Græca lingua familiaris erat: Scripserunt igitur Frisii acta patriæ lingua Frisica, sed characteribus Græcis, usque ad Carolum Magnum: tametsi mox ab expeditione Cimbrica literas etiam latinas receperint, non quidem coacti, ut nonnulli alij

sed

P R A E F A T I O.

sed volentes & vltro, propter necessitudinem cum Romanis contractam. Cum miro semper affectu Imperium Romanum prosecuti Romanis Imperatoribus libenter militarent, ex quo tempore & acta publica & priuata, & libri, etiam lingua latinâ à Frisijs conscribi cœperunt: Inualescentibus tandem tota Germania literis latinis etiam apud nos Græcæ cesserunt, quarum tamen reliquæ ad nos peruererunt: Nam vt alia omittamus, illud saltem hic commorandum est, quod vir clariss. Stephanus Vinandus Pighius Scholasticus Sanctensis, mihi quondam Bruxellæ apud Cardinalem Granuellanum Contubernalis, rogatus à me per literas, vt communicaret, si quas haberet antiquitates quæ illustrandæ patriæ nostræ essent, in hæc verba rescripsit literis Traiana Sanctorum Coloniam datis Prid. Id. Maij. anno 1588. In veteri (inquit) historia, vel antiquitatibus Frisiæ, vicinarum regionum adferre tibi paruni aut nihil auctorij potero. Nam eius generis vel argumenti collectanea mea quæcunque Dom. Joachimus Hop. ante multos annos à me habuit, mutuo nec unquam reddidit, & inter alias vetustissimæ linguæ germanicæ, quā ille Frisicam appellabat, Orationem Dominicam ex eius lingua Noui Testamenti libro quodam descriptam, characteribus antiquissimis Græcis: Græcis igitur characteribus

## P R A E F A T I O.

ribus in Germania latini proximè sūspectū sunt, quod tum factum est, cum Romani Gallis linguam suam obtruserunt: Lingua rum enim mutationem necessario comitat ur mutatio characterum: Nec verò quisquam ignorat, quo stratagemate Romani Gallis linguam suam ingesserint: Forum enim & iudicia Gallorum ad consuetudines legesque suas conformarunt, tum in his actiones, processus iudiciales, & ex quibus hæc oriuntur, contractus, acta priuata & publica lingua sua concipi mandarunt, nec a liter ius dixerunt, nisi ex hoc præscripto proposita essent: Sic igitur victi dum victorum linguam discunt suam dediscut. Hinc in obliuionem venerunt reiectæ & ob id neglectæ consuetudines patriæ. Obliterata tandem sunt non intellecta scripta maiorum, interciderunt monumenta vetustatis, perijt omnis memoria antiquitatis: Sic autem à Romanis in Hispania, in Gallia, & in alijs locis adum esse, quibus plenè imperarunt, magis notum est, quam ut dubitare quisquam possit: Expediebat enim victoribus, victos planè in Ius arbitriumque suum redigi, ne ex statutis, aut monumentis suis vñlum haberent prætextum tergiuerandi. Quamquam autem in Germania linguam suam populo sic obstrudere non potuerint, ut in Gallia, eo tamen rem deduxerunt, ut in scholis & in foro Germani ea

vñlur-

P R A E F A T I O :

Vsurparent: Quo facto etiam apud Germanos Græcis characteribus abolitis latini susfecti sunt: Tum Hunibaldus sub Clodo uæo primo, & eum deinceps secuti alij publicè res Francorum memoriarū mandarūt: vñ lingua latina characteribusque lat. Durauit ea res ad Carolum usque Magnum, qui latinis characteribus linguam Germanicam primus scribere incēpit: A quo elapsis annis fernie quadringentis formæ Germanicorū characterum inuentæ sunt, quibus lingua Germanica scriberetur, quibus hodie utimur: Legum tamen Frisicarum liber qui Frisica lingua publicatus est, latinis literis perscriptus est, quanquam satis ineptè: Diximus iam de migratione gentium de mutatione linguæ, de mutatione chera-Eterum in Germania, quarum singulæ quam tum rei literariæ nocuerint, ex supradictis aestimetur. Ultima tamen hæc cum primū ex Hebræis, deinde ex proprijs, postea ex Græcis tandem ex Latinis, iterum in proprios facta sit, longè perniciösior cæteris fuisse credenda est. Infesta verò omnia ac singula hæc antiquitatibus, non minus autem infestum illud fuit, quod Romanos summa diligentia cauisse nonnulli tradunt ne quid à Germanis scriberetur, quod metuerent ne fortè Romam perlata rerum veritas, populum ad impensas in bellum Germanicum faciendas, tardiorem redde-

ret.

## PRAEFATIO.

ret: Quod idem & in suis ipsorum Scriptoribus prouidisse, Crispi Sallustij, Cornelij Taciti, & aliorum exemplo confirmat Pau-

**Ll.7 cap.10.** lus Orosius: Sed hoc interdictum Frisiae perpetuo contempserunt, & in contrarium propositis præmijs suos ad scribendum exusci tarunt: Franciprimi in reliqua Germania violarunt: Itaque sub Clodouæo primo demum palam ac liberè Germanis scribe re sine metu pœnæ licuit, quod expedire videbatur: Quām rem tamen Clodouæo Rex Frisiorum Richoldus Vffo, qui æqualis illi fuit, vitio vertit, ut ex Siuardo sapiente refert Cappidus Stauriensis: Nam cum Hunibaldus inter cætera falsa scripsisset, Frisos ex Frâcis originem ducere, Richoldus illi contrarium probauit, & honestius Clodouæo fuisse scriptit obtemperare decretis Romanorum, quamvis his violatis Hunibaldum & consimiles mendaciorum scri ptores fouere, quos non puderet, gentium origines in præsenti liquidas, in futurum controversias facere: Restat quintum impe dimentum antiquitatibus Germanicis, ex dif ficultate linguae: quod cæteris istis nō pau lo grauius fuisse credendum est: nam cum vocabulis ac diphthongis quibusdam in uersis hortida, & consonantibus aspere con currentibus dura extiterit, contempta sem per fuit ab exteris gentibus, quod ad percipiendum ac discendum difficilis esset: Quā etiam

*Difficultas  
lingue Ger-  
manice.*

## P R A E F A T I O.

etiam querelam hodie vulgarem hic esse,  
negare non possumus: Nec enim sufficiunt  
spiritus delicati, & linguæ molles ad pronun-  
ciationem vocum tam horridarum: Hæc  
igitur difficultas semper deterruit scripto-  
res exteriores, ne vel Germanos scriptores e-  
uoluerent, vel saltem quæ ab his assent mu-  
tuati, suis authoribus accepta ferrent: Nec  
enim dignos iudicabant, quos nominarent  
quorum nominibus auditis fides lectori fie-  
ri non posset, limatum aliquid ab his expe-  
ctari posse, quorum nomina tam im polita  
essent: Consistebat autem difficultas illa par-  
tim in appellatiis partim in proprijs no-  
minibus: Sed appellatiua quidem quanquam  
difficilia essent, intellecta tamen interpreta-  
tionem scribentis admittebant, propria nō  
item: Itaque cum Virorum, Mulierum, Deo-  
rum, Dearū, Vrbium, Montium, Fluminū,  
& consimilium propria nomina depræhen-  
derent, illi etiam, qui ex professo geogra-  
phiam aut historiam scripturi erant, hæc  
aut prorsus omiserunt, aut ad Analogiam  
suæ linguæ sic deformarunt, ut nobis iam  
difficile sit, his laruam iniectam detrahere:  
Quantopere Quidius hac asperitate sit of-  
fensus, ipse testatur inquiens.

A nomina sunt ipso pene tremenda sono:

Pomponius Mela homo Hispanus, sed <sup>"</sup> Lib. 3. cap. 3.  
Romanizatus, in descriptione Germaniæ <sup>"</sup>,  
Montium (inquit) altissimi Taurus, & Rhe <sup>"</sup>,

## P R A E F A T I O.

*tico, nisi quorum nomina vix est eloquuntur ore Romano. De lingua Cantabrorum idem cōqueritur in descriptione extimorū Hispaniæ littorum. Cantabrorum (inquit) aliquot pepuli amnesq; sunt, sed quorum nomina nostro ore concipi nequeant: Itaque sicuti Mela montes aliquot in Germania, & populos aliquot amnesq; in Cantabria prætermisit, quod exprimere eorū nominā nō potuerit, ita & alij cōsimiliter ob eandē difficultatem, rerum Germanicarum tractationem auersati sunt, & proinde Scriptores earum contempserunt: Cæsar autem, Tacitus, Plinius, item Strabo, Ptolemæus, & consimiles, quo modo suæ linguæ analogia nomina Germanorum obscurarint, quisquis perspexit, haud quaquam negauerit, asperitatem linguæ Germanicis antiquitatibus etiā hæc in parte permultum obstitisse: Cōsideratis igitur hisce quinque impedimentis, mirum videri nulli debet, quod in Germania minus multi Scriptores antiqui reperiantur, quam alibi: & immerito ruditis & imperitiæ Germani veteres arguuntur, quasi qui fungorum instar nati, pecudum instar vixerint, sine literis, sine memoria antiquitatis, sine cura posteritatis. Cum illi remotis hisce impedimentis aliqui vel cum politissimis nationibus paria hac in parte facturi fuerint, ut qui ea nō neglexerint, quæ sine literarum præsidio cōser-*

P R A E F A T I O.

seruari nequeunt: Patet hoc non aliunde manifestius, quam ex ipso discrimine Germanorum. Nam cum hæc impedimenta minus infestauerint Aquilonares, quā Mediterraneos, ut supra dictum est, & proinde plures antiquitates apud Aquilonares reliquæ sint, quam apud Mediterraneos, etiā inter ipsos Aquilonares quo quæque gens proprius ad Aquilonem accedit, eo minus fuit obnoxia impedimentis istis, & idcirco fidelius antiquitates suas custodiuit: Quod quidem cum nonnullis paradoxum videatur, putantibus ad Aquilonem (ut ipsi loquuntur) in aere Crasso homines generari Crassos & à musis ac gratijs prorsus alienos, instituti nostri ratio flagitat, vt id paucis hic diluamus: Inter omnes autem Germanos maxime Aquilonares sunt Frisii, & hi inter omnes Germanos pertinacissime suas antiquitates conseruarunt, quia impedimenta ista minimè omnium senserunt, vt mox apparebit. Itaque à primis ipsis quartuor impedimentis sine controuersia liberimi, strenuam operam ab initio nauarūt semper in omni facultatum genere, vt cedro digna cuderent, quo declararent sibi nec ingenium deesse nec industriam in literarum tractatione, quæ vel ad liberales artes, vel ad politiam vel ad Religionem pertinerent: Quod tamē quo minus mūdo haec tenus innotuerit, in causa fuit singularis af-

P R A E F A T I O.

peritas linguae, ex qua Frisij longe plus in  
commodi senserunt quam Germani reli-  
qui: Frisica enim lingua non modo sic dis-  
crepat à reliqua Germanica, ut à vicinis eti-  
am Germanis non intelligatur, sed præter  
difficultates istas supradictas, quas cum re-  
liqua Germanica communes habet, etiam  
insuper habet alias quædā peculiares suas;  
**C**rebras dico, vocalium contractiones, &  
consonantium syncopas, & eæthlipses: Quæ  
quoniam sunt ad pronunciandum valde  
difficiles, paucissimi reperti sunt haçtenus  
exteri etiam Germani, qui eam perdiscere  
potuerunt: Hinc igitur propria nostratiū  
nomina etiam à vicinis nostris ob insolent-  
tiā ridentur, non modo in nativa lingua  
Frisica, sed etiam in Latina, si vtcumque ea  
colorata sint. Abhorrent ab his etiam Ty-  
pographi, quod hæc operis corū multum  
faceant negotij: Abhorret ab his, sat  
scio, Pomponius Mela non minus, quam ab  
istis Cantabricis: Sunt enim Cantabrica ista  
ni fallor, plane Frisica: Nam cum Schottus  
noster qui Frisonis ex filio Scoltone nepos  
fuit, ex Frisia Coloniam ducturus in Scho-  
tiam, aliquantis per in Cantabria versaretur  
multos ex suis inibi reliquit, qui familias &  
posteritatem condiderunt, & nominal locis  
intulerunt, quæ ipsis visitata erant, sicuti la-  
tinis declarauimus in Colonijs Frisiorum  
Vtcumque hoc se habet, qualia tandem in  
generē

## P R A E F A T I O.

genere nostratum nomina sint, præsens  
hic liber copiose declarabit: In quo multa  
esse non negamus, quæ minus delicata  
sunt, nullatamen esse putamustam horri-  
da, vt ipso sono tremenda sint: Et si maxi-  
me sint, cum tamen hic tremor mortem nō  
incutiat, si quis solidas ac veras Germaniæ  
antiquitatem cognoscere desiderat, is hoc  
tædium qualemque libenter contemnet,  
quod ex authorum nominibus percipiet,  
modo à Frisijs eas petendas esse intelligat:  
Frilij enim eas præ cæteris Germanis non  
modo Mediterraneis, sed & Aquilonari-  
bus quoque omnibus, & maxime vetustas,  
& maxime illibatas suppeditare possunt:  
Cum à quatuor impedimentis germanicis  
ilitis (vt antea dicere cœperamus) magis li-  
beri fuerunt, quam Germani reliqui: Pri-  
mum enim gentium migrationibus mini-  
me omnium vexati sint: Cum à primo ad-  
uentu suo hactenus, hoc est, integris mille  
nongentis annis sedes easdem quas nunc in  
colunt, continue possederint: linguam etiā  
eandem ab initio hactenus conseruarunt:  
Nam cum Suevis partim bello partim pa-  
cto subactis, in prouinciam succederent,  
linguam Suevicam exoticis quibusdā, hoc  
est, Indicis ac Græcis potissimum vocibus  
mixtam obtinuerunt, quam Frisicam vo-  
carunt, ab antiqua Suevica modice defle-  
xam: Deinde cum inter Rhenum & Cim-  
bricam

Penes Frisi-  
os solidiores  
Germanie  
antiquitates  
quam alibi  
& quare.

## P R A E F A T I O.

bricam Chersonesum toto tructu ad Sepe-  
tentrionem mari ad austrum viæ Regiæ tu-  
endæ ab Ordinibus Germaniæ præfecti  
essent, & eo nomine ab omnibus oneribus  
publicis immunes constituti, suis finibus  
tuendis intenti gentium exterarum incur-  
su linguam non mutarunt: Quin potius ut  
eam incorruptam conseruarent, Rhetras  
quasdam contexuerunt vocibus quibusdā  
vocalium & consonantium asperitate nota-  
bilibus difficiles, quibus peregrinos ab indi-  
genis discretos, post certa tēporum spatiā  
submouebant, ne diuturniori consuetudi-  
ne suā linguam vitiarent. Quod statutum  
durauit usque ad Carolum Quintum. Eo  
effectu, ut in primæuo vigore linguam  
frisicam conseruauerit: A qua reliquæ ger-  
manorum linguae ob diuersarum gentium  
immixtiones tantum degenerarnnt, vt ex  
cæteris germanis nullus Frisicam linguam  
nunc iutelligat: Frisica autem ista lingua,  
de qua loquimur, post Carolum Quintum  
multum luxata est, introducta in curias lin-  
gua Belgica: Porro autem ex characterum  
immutatione nihil incommodi senserunt,  
cum non alijs usi sint, quam primum græ-  
cis, ac deinde latinis: Nec Vero pœnis vn-  
quam, vt cæteri germani, ascribendo deter-  
riti sed in contrarium, præmijs adscriben-  
dum prouocati sunt: vt alibi latius diximus  
Quæ cum ita sint, res ipsa loquitur, Frisiorū

anti-

## E P I S T O L A

antiquitates esse non modo vetustissimas,  
sed etiam syncerissimas, vt, quibus non mo-  
do legitime adnotandis, sed & diligenter  
conseruandis debita cura publicè exhibita  
fuit: Quocirca si quis historiæ Germanicæ  
studiosus, horrore aliquot nominum pro-  
priorum à cognoscendis hisce Frisiorum  
antiquitatibus abstineat, is satis declarat, se  
voluptatem potius in literis sectari quā vti-  
litatem: Eo magis, quod omnis horror hic,  
de quo loquimur, in proprijs aliquot no-  
minibus consistat: Nam cum nos hic non de  
ipsa lingua Frisica discenda loquamur, quā  
nulli obtrudimus, sed agamus tantum de  
Frisiorum antiquitatibus, quæ penes earun-  
dem Scriptores sunt, hoc dicimus, nomina  
propria nostratum nonnulla esse horri-  
diora, quā vt ad mollitiam analogiæ latinæ  
facile conformari queant, nec tamen omnia  
apud nos nomina tam horrida sunt, sed ea  
tantum, quæ origine vetustissima sunt:  
Quatuor enim generum nomina apud nos  
sunt, dilucidis interuallis vicissim in vsum  
recepta: Primi generis sunt, quæ Conditor  
noster adueniens huc importauit antea in-  
cognita, qualia sunt Vitho, Scholto, AEsgo,  
Ida, Hylla, & consimilia: Secundi generis  
sunt Sueuica, quæ popularia tota Germa-  
nia tūc erāt, cum ille adueniret, qualia sunt  
Vilhelmus, Folcardus, Conradus & similia:  
& in his duobus generibus omnis difficul-  
tas

## P R A E F A T I O.

cas sita est: Tertij generis sunt, quæ mutuatis sumus à Romanis familiaritate cum his cōtracta post expeditionem Cimbricā qualia sunt, Lollius, Liuius, Gellius, & cōsimilia; Quarti generis sunt, quæ accepimus à Diuis post natum Christum, qualia sunt, Petrus, Paulus, Andreas & cōsimilia: in quibus duobus posterioribus nulla difficultas est. Unde consentaneum non est hominem studiū sum ob tantillas difficultates, quæ ex duobus prioribus generibusemergere possunt. Omnibus antiquitatibus Frisicis renuntiatum esse: Quanquam igitur quinque supradicta impedimenta effecerint quod in Germania tam pauci Scriptores veteres reperiantur, alibi tamen plures alibi pauciores ex his desiderantur. Non defuisse interim primis etiam temporibus in Germania Scriptores, arguit antiquitatum ipsarum hactens conseruata memoria quæ sine scriptorum opera conseruari non potuit: Vtriusque huius rei præsens documentum ex Frisia nostra suppetit: Fuisse enim primis temporibus apud nos scriptores, declarant idonei testes antiquitatis hactenus conservati. Conditor gentis nostræ Friso Dryides disciplinæ publicæ præfecit, ut supra diximus, quibus sedem assignauit, in ciuitate quæ nunc Leouardia vocatur, tunc autem ex ipsa doctrina & Antistitum reuerentia Aula Dei appellata est: Horum suc-

P R A E F A T I O .

Cessores plerosque omnes à primo inde exordio ad Carolum vsque Magnum continuata serie Sapientum titulo nominatim hoc opere recensemus , & quid eorum quisque scripserit , commemoramus : Hinc igitur apparet , apud nos vt cum que conservatos esse Dryidum Scriptores qui alibi aut nulli aut pauci extant : Deprehenditnr etiam manifestus error Cæsaris , qui scripsit in Germania Dryides non esse , cum & Frisia vtique pars Germaniæ sit , & in reliqua etiam Germania Dryidum vestigia extare Althamerus testatur : Ipseq; Tacitus Dryidum officia Germanorum Sacerdotibus attribuat : Nec enim refert quo nomine vocentur , modo ijdem esse intelligatur , qui in Gallia Dryides , in Germania Sacerdotes , in Frisia sapientes dicti sunt : Pluribus enim & diuersis prouincijs eos habitas se , neque Gallia sola circumscriptos fuisse , satis declarauit Cæsar Tiberius , qui eos Roma eiecit : Conuincitur hinc etiam non tantum Dryidas in Germaniā venisse , quod quidam putant , cum per Caium Cæs. Gallia ejcerentur : Nam apud Frisios amplius trecentis annis ante natum Christum à Friesone nostro inauthorati sunt , & in reliqua Germania diutius eos fuisse , inde consequitur cum istinc ad nos acciti fuerint . Hinc igitur deprehenditur Scriptores tot sæculis in Germania fuisse ante aduentum Romanorum

## P R A E F A T I O.

horum: Quod quidē si quis ideo minus cre-  
dit, quod Cæs. scribit Dryidum doctrinam  
secretā fuisse, & ex ea nihil fuisse proditū in  
vulgus, is primū ex facto nostrorū diuersū  
intelligat, quorum similes & alij vbiique ex-  
titerunt. Deinde verba Cæsaris non sini-  
stra, sed dextra manu excipiat: Primum e-  
nīm cum Dryidibus nefas esse afferit ea li-  
teris committere, quæ adolescentibus clam  
tradunt, hoc dicit, secretam hanc doctrinā,  
nullo modo publicari. Scripto autem inter  
Professores ipsos contineri, nusquam ne-  
gat: Alioqui enim Senioribus magistris sub  
inde morientibus, procliuis eius esset obli-  
uio, nisi prædecessorum monumentis ad  
successores continuaretur: In reliquis autē  
rebus publicis priuatisque rationibus scri-  
pto eos uti testatur ipse Cæsar, neque pos-  
sent vlla quantumuis tenaci memoria res  
tam diuersæ, tam arduæ diu sustineri, nisi li-  
teris committerentur. Quæ quidem cūm  
ita sint, nos hoc opus de Scriptoribus Frisię  
duabus de causis hoc tempore edendum  
rati sumus: Primum vt appāreat nobis re-  
rum à maioribus nostris gestarum Scripto-  
res ab initio hactenus non defuisse. Deinde  
vt plenius hinc demonstremus originem  
& antiquitatem, quam nostratibus antea af-  
seruimus, veram esse ac solidam: Itaque ex  
orsū ab ipso Frisone gentis nostræ Arche-  
go, Scriptores omnes nostrates, quos inue-  
nire

## P R A E F A T I O.

Nire potuimus usque ad hanc ætatem hic congesimus, complexi à principio ad finē annos intermedios mille nongentos: Ex quo indubitata consequentia patet, tanto temporis spatio disciplinas illas esse cultas in Frisia, quas hi Scriptores tradiderunt: Distinximus autem Scriptores ipsos in Decades, memoriæ gratia, quo facilius Lector inueniat, ac retineat, quod cupit: Interim etiam ordinem temporum in deducendis hisce scriptoribus diligenter adnotauimus non modo ut ætas cuiusque scriptoris in promptu esset, sed etiam ut doctrinæ vicis situdo, quæ non semper eadem fuit, suis ætatibus evidenter discreta haberetur. Fatum autem numerum hunc scriptorum, quos proferimus, perquam exilem esse, si cōsideremus tot sècula quibus collecti sunt Sed non dubitamus his longè plures vel in iuria temporum prorsus intercidisse, vel adhuc alicubi in situ ac puluere delitessere, quorum aliqui forte vel ad nostras, vel ad aliorum manus aliquando venturi sunt: Et cogitandum est, hosce, quos hic damus, collectos esse ex vñica gente Frisonica, eaquæ non tota, sed illius vna tantum parte illa, quæ inter'mare Hollandicum & Amisini flu uium degit, paucis tantum exceptis: Non dissimulamus autem præter hos, etiam & alios nonnullos ex recentioribus ad notitiam nostram peruenisse, quos ideo hic referre

## PRAEFATIO.

ferre non potuimus, quod de operibus eorum non satis fuerimus instructi, quos pro inde appendi reseruamus: Nonnullos tamē hic recensemus ex vetustioribus quorum scripta inuenire nō potuimus, vt ad indagādum Lector incitaretur: Ideoque admonitos ac rogatos nostrates omnes volumus vt nobis in hoc instituto nostro suppetias ferant, mittendis authorum nominibus, & operū quæ scripserunt, catalogis: Hoc enim in primis ad communis patrię laudem facit, si quam plurimi extiterint, qui in cultura sapientię versati industria sua declarēt homines etiam apud nos esse natos: Neque Brutorum more omnes somno ciboque tēpus omne contriuisse: Visis autem his ipsis Scriptoribus quos nunc adferimus, Candidus Lector euidentiora & solidiora documenta capiet de antiquitate & origine Frisiorum quam dudum: Cum hi vel eos Autores citent, quibus extra controuersiam debetur fides, vel rationē antiquitatis reddant, quæ indubitate veritate nititur. Res paucis exemplis illustranda est: Originem gentis Frisonicæ ad Patriarcham Sénum Noæ filium alibi reduximus. Vsi ijs aucthoribus quos in opere de origine Frisiorum allegauimus: his igitur fidē augent allegati Indicarum rerum Scriptores Patrocles ac Megasthenes, qui Ragai originem à Sémo & eiusdem posteritatem ad Frisonem deducunt

P R A E F A T I O.

ducunt, ut in Aluino Snelaño videre est,  
quem Lector hoc opere habet Dec. 8. c. 3.  
Cornelius Tacitus annalium primo refert  
a Romanis militibus euersum esse celeber-  
rimum illud templum in Marsis, quod Tā  
fanc vocabant. Cuius templi historiam ne-  
mo eorum hactenus est assecutus, qui Ta-  
citurum explicuerunt: Eam Aluinus supra-  
dictus ibidem ita deducit, ut, qui legerit,  
nullo modo dubitare possit, ea quæ nos de  
origine, patria, & aduentu Frisonis differui-  
mus, esse verissima: Testamentum Friso con-  
diturus, conuocatis, quos habebat, septem  
filios, præter cætera quæ mandauit, concor-  
dam enixe commendauit, quod ea seruata  
inuicti forent, violata autem Danis & alijs  
finitimis in prædam cessuri essent. Quod ut  
eorum animis altius infigeret, septem sagit-  
tas in fasciculum colligatas singulis vicissim  
obtulit, ut frangerent: Quod cum eorum  
nemo posset, exemptas & resolutas, singu-  
las singulis frangendas dedit: Quod cum  
singuli facillime secissent, hic est (inquit)  
typus concordie atque discordie, cuius vos  
memores esse volo: Memorabilem hanc sa-  
pientissimi patris admonitionem filij gra-  
tia ac morigeri, non modo viuis verbis ad fi-  
lios suos, sed scriptis quoque ad posteros  
transmiserunt: Vnde & frequentes etiam  
scriptores repetitam longè latèque celebra-  
runt: Adeoque posteris ob memoriā Prin-

(?)

cipis

## P R A E F A T I O.

cipis placuit; vt passim ædificijs sacrīs &  
prophanis alijsque monumentis publicis  
& ad extremum etiam pecunię publicā in-  
sculperetur: quemadmodum & in moneta  
ordinum Frisiæ, & in Regalibus Hispani-  
cīs hodiè videmus: Hoc symbolū cum re-  
centiores quidam à Grēcis Scytharum Re-  
gi attributum vidissent, nec meminissent  
Plini ac Strabonis, qui Frisios vna cū cæ-  
teris Germanis Scythes olim dictos esse scri-  
bunt, ignorarent etiam Frisios quondam  
habuisse Reges, veram symboli originem  
obscurarunt, & Scytharum quendam Re-  
gem allegant, cui symbolū hoc ineptissi-  
mè attribuunt: Cū hic octuaginta filios ha-  
buisse dicatur, & Frisone nostro multo fuc-  
rit recentior. Sic vt symbolū errore Schy-  
thici nominis à priori ad posteriorem trāsl-  
atum, & ipsius fasciculi mole ineptum de-  
præhendatur: Iam ab ipso Frisone vsque  
ad Carolum Magnum, qui Principes,  
qui Duces, qui Reges, & à Carolo Ma-  
gno vsque ad Carolum Quintum, qui po-  
testates, & deinceps, qui Domini in Frisia re-  
rum vicissim potiti sint, qui etiam toto tem-  
pore in alijs Principatibus æquales his exti-  
terint, & quid ab his, & sub his memorabile  
ibidem gestum sit, Scriptores hi, quos pro-  
ferimus, suo quique sæculo, quo vixerunt  
veluti testes oculati, diligenter ac fideliter  
adnotarunt: Ut horum testimonijs vnan-  
mis

## E P I S T O L A

mis consensu tanto temporum interuallo  
 continuus rerum gestarum veritatem no-  
 bis indubitatem repræsentet: Eodem mo-  
 do de Columnis Herculis, quas Tacitus a-  
 pud Germanos collocat, itemque de Rhe-  
 ni brachijs, & alijs Germaniæ fluuijs per  
 Frisiā in māre Septentrionale decurren-  
 tibus, pluribusque alijs consimilibus anti-  
 quitatibus, quæ in Frisia sunt, sentiendū est,  
 quas nostrates ut res patrias tenent, & soli-  
 dè explicant: Denique & Vitas, & Schotos,  
 & Vbios, Heluetios, & Hessos, & Frieslan-  
 dos, & Anglos & Abyssinos, & quosdam ali-  
 os populos. de quorum Origene discepta-  
 tur Frisiorum Colonos esse, euidentissimis  
 rationibus demonstrant: Quibus proinde  
 recta bilace ponderatis de vetustissima ac  
 solidissima Frisiorum antiquitate dubitare  
 nemo possit. Ideoque operam dedimus ut  
 scriptores hosce diligenter in lucem erue-  
 remus; & erutos operi de antiquitate &  
 origine Frisiorum proxime subiugemus:  
 ut Lector certus sit, nos idoneis testimentijs  
 ea quæ tradidimus ab initio ad finem fulci-  
 re posse: Non puto autem mihi vitio versu-  
 rum esse quenquā, quod Damiano de Goes  
 Gerardo Geldenhaurio, Hermanno Hamelmanno,  
 & alijs quibusdam laudi datum  
 est, qui illustres patriæ suæ scriptores con-  
 quisitos in lucem ediderunt, ijsdem nimili-  
 cum causis, quibus & nos moti: Quocirca

(?) 2 nos

## P R A E F A T I O.

Nos non modo nostrates, ut supra sed & omnes Germanos hortamur, quin patius obnoxè rogamus, ut pari conatu scriptores patrios scrutentur & in publicum eruant. Minus enim obnoxia eorum ludibrijs Germania erit, qui vetetes Germanos nihilo cultiores prope fuisse, quam sues, scriptis etiā publicis nugantur, si singuli populi proletis suis declarent id falsum esse, & conuincant, etiam homines fuisse, ex quibus ortum ipsi ducunt. Et si enim nō omnibus tātundē succederet, tamen singulis idem tentantibus aliquid succederet: Et esset quidem doctissimo hoc seculo res ea factu persallis, cū nulla sit hodie in Germania prouincia, quæ non aliquot Scriptores egregios habeat: Qui proinde si vel proprio motu, vel Mæcenatum subsidio fulti, patriæ suæ hoc obsequium præstarent, gratiam maiorem pro ortu suo illi referre nullam possent.

Colonicium vicini Leodienses Germani quidem non sunt, sed tamen sub Imperio Germanico sunt, multisque rebusterra marique præclare gestis coniuncti sunt cum Frisijs. Habentq; earundem scriptores, ut & peculiarium quoque suarum, & aliarum item, quas cum alijs finitimis & exteris nationibus communes habent: Hos igitur (cū plerique splendidissimi sint & patriæ suæ summo honori esse possent) in vnum à nemine hactenus collectos esse, equidem val-

dē

P R A E F A T I O.

de minor, & pro nostra amicitia, vt ipse hāc prouinciam caperet, non semel hortatus sum Clariss. V.I.C & Historicum D.Ioannem Politum Leodiensem, qui pro singula rieruditione sua & diutino scribendi vſu p̄eclare id facere posset, vt & facturum esse adhuc spero: Frisijs ab Oriente proximē vicinisunt Hollandi, quōs aliqui etiam Batāuorum nomine complectuntur: Horum scriptores illustres collegit Gerardus Gel denhaurius, sed multos omisit: vidimus elegans in hoc genere scriptum doctissimi viri Iacobi Hesij, qui & Amorsfordienses, & Utrechtenses, & Hollandicos scriptores collegit, qui hanc Spartham optimē ornare posset: In cuius defectu possent & Historici harum gentium clarissimi Cornelissionius Bockenbergius, & Pontus Heuterus: Frisi os noster Transamisanos usque ad Danomarchiā colligere p̄eclarè posset, Strant frisius noster Albertus Meierus. Nec minus digne tractare, porro gentiles suos pos set Christianus Cilicius Cimber: Saxonicos ornabit Petrus Lindebergius, Misnenses Petrus Abbirus, Turingicos Matthæus Dresserus: qui quantum in hac palæstra valeat, nos olim Erphordiæ coram vidimus, & ex Iōsiæ Simleri Bibliotheca recordamur: In cæteris Germaniæ nationibus, quas omnes hic singulatim recensere longum foret, consimiliter multos esse, qui pa-

P R A E F A T I O.

triæ suæ gratiam hanc referre possent, equí-  
dem non dubito: quos proinde rogatos vo-  
lo, vt etiam id faciant. Digna est hæc res pijs  
Principibus, & prouinciarum ordinibus,  
& magnarum Ciuitatum præfectis, vt pro-  
positis præmijs eruditos inuitent, vt illu-  
stres patriæ suæ scriptores in lucem eruant  
& ab interitu vindicent, ex quorum testi-  
monijs ordine legitimo digestis origo po-  
puli, familiarum illustrium ortus ac succes-  
sus, Castrorum & Vrbium fundationes, lu-  
ra & Priuilegia Ciuium, Reipub. ornamen-  
ta ac subsidia, Bella item, pericula & cetera  
incōmoda diuersis temporibus intentata:  
Maiorum denique pro his ipsis vel arcen-  
dis ac propulsandis res q̄ræclare gestæ, non  
modo cum voluptate sed etiam cum utili-  
tate summa percipiuntur: AEternam lau-  
dēm, sempiternamque gratiā hac in parte  
nostra ætate promeruit omni sæculo suspi-  
ciendus. Ampliss. ac nobiliss Vir Henricus  
Ranzouius Prærex Daniæ. Qui non modo  
Viros eruditos præmijs liberalissime exci-  
tat, sed & ipse quoque scriptis suis doctissi-  
mis operam strenuam nauat: Et quanquā  
politicis, imò & regalibus quoque negotijs  
infinitis districtus sit, nihilo minus tamen  
& Daniam & Saxoniam suam assidue exor-  
nant: Cui nihil magis cordi est, quam vt anti-  
tiuos patriæ Scriptores vnde cunque con-  
quirat, & extructis Bibliothecis consecrat  
inte-

P R A E F A T I O.

interimque horum subsidio antiquitates  
desideratas in lucem proferat: vnde iam  
non modo Saxonice genitis origo verior  
quam dudum, sed & illustres familiæ cer-  
tius cognoscuntur, & maiorū tacta præclara  
commodius explicantur, & appetet etiam  
antiquitus in Dania atq; Saxonia natos esse  
viros eruditione, prudentia, fortitudine  
conspicuos: Quorum virtus non alio, quā  
authorum defectu obscurata iacuit, cum il-  
li qui eam posteritati commendarant, ipsi  
in tineis ac blattis delitescents lucē hacte-  
nus non viderint, quam nunc tandem deb-  
ent Ranzouio: Paulo prolixius hæc præ-  
fatussum Mæcenates Candidissimi, ut cau-  
sam explicarem cur hoc opus operide Ori-  
gine Frisiorum proxime subiunxerim: De-  
inceps iam quæ restant, facilius ac citius,  
Deo fauente, explicablebo. Coloniæ 21. Au-  
gusti anno 1593.

Nobiliss. Consultissimæq; Amplit. vestra.

Famulus dedisentissimus,

S V F F R I D V S P E T R V S Leouardiensis:

V. I. C. Historicus Frisia, Canonicus ad

SS. Apostolos.

EPIGRAMMATA,  
CLARORVM VIRORVM  
IN SVFFRIDI PETRI,  
V. I. C. LIBRVM DE VE-  
teribus recentibusque  
Frisiae Scripto-  
ribus.

Iani Caroli A'nobardi  
ab Ysinbardia.

**E**N iterum redeunt Frisicæ sua lumina genti,  
Quæ fraudata suo fuerat tot honore per annos:  
Nun: iubare exorto, tandem caligo fugatur,  
Quæ prope Lethæis populum demerserat vndis.  
Quo nec erat validis præstantior alter in armis,  
Nec magis indocilis famulo dare colla capistro,  
Proqz fociis patriæ caput obiectare periclis  
Præmptior, & mortem merita pro laude pacisci:  
Quo se plura tuis debere laboribus iſſis  
Patria Suffride agnoscit tua, nempe quod index  
Ipſe ferè extiteris, (quæ gloria maxima) solus  
Scriptorum Frisia, & gestorum præco canorus:  
Namq; negare tua haud tu pietate volebas  
Ulterius (præstare tuis pro ciuibus vnus  
Et patria officium poteras) hunc nempe fauorem:  
Quandoquidem paucos habeat quod Frisia tecum  
Qui valeant studijs contendere, & arte magistra  
Scribendi historiam, & sibi demeruisse nepotes:

Effici

**E**fficit eximia hac tua nunc doctrina, per omnes  
Illustris populos, dubio certamine que non  
Romulidas tantum, sed Graios prouocat omnes,  
Nec posuisse modum pugnae cuiquam illa vereatur.

Liuini de Succa G. Doctoris  
& Equitis.

**M**Acte animo, suffride, pio, tibi patria grates.  
Grata referit, claris annumeratque viris,  
Ipsi te Manes, ignotæq, hactenus umbræ  
Priscorum merita laude & honore colunt:  
Quod tantis vno Scriptoribus ampla libello  
Iusta facis, dignum restituisque decus:  
Viuite felices animæ queis minnere Diuum  
Altera Suffrido vindice vita datur.

Io. Matalij Metelli Sequani  
vtriusque I.C.Dia-  
logismus.

**Q**Vanam age turba virūm, quam conspicor? Illa  
Sophorum est;  
Sunt Frisiæ veteres, sunt Frisiique noui.  
Cur pallent? Stygia remeant de sedibus oræ.  
Quo properant? patriam visere quisque suam:  
Quis praet his? Themidos Suffridus in agmine ductor  
Ecquid concipiunt pectore? Grande Sophos:  
Grande sophos, quale scriptis absit ab illis,  
Que saeclis viuent innumerabilibus,  
Sic quos atra dies lethæis merserat vndis,  
Candida lux auris reddidit AEthereis.

Caroli

Caroli Vtenhouij.

**R** Odolphum Hermoleos Venetorū gloria laudat  
Barbarus Agricolam, Frisiorum nobile germen:  
Nomen & illus priscorum laudibus equat,  
Quos gremio latuumue suo vel Gracia fudit.

At Petrum vnanimi celebrant modo voce Sufridū  
Tergemini en Cygni, Tsenbardus, Succa, Metellus:  
Carolus accedit quibus Vtenhouius anser.

Qui tantum Agricola canit hunc praestare Sufridum  
Hermoleo quamcum Batauorum numen Erasmus:

Nam si vitam alijs dare quam sibi, dignior res est,  
Agricola ille sibi Frisiis vitam dedit yni,  
Pluribus at vitam Frisiis dedit iste Sufridus.

Ioannis Politi Leodij Art. &  
I.V.D.ac Ser. Elect. Col.  
Historici.

**L** Atteus attentas delectat suauiter aures  
Liuius, Ausonius dum sera belia refert:  
Nec male sublimis narrat sua pralia Caesar.

Cum fuerat Gallos posse domare labor.  
Horum scripta quidem nunquam peritura legentur,

Ad mores faciunt nil tamen illa bonos:  
Nam quibus auspicijs Roma potentia crevit,

Quaque tulit duro tristia Marte ferunt:  
Quis vero extollat tam multo sanguine gesta

Bella? quis & vanæ Religionis opus?  
Non ita is Suffride agitat te gloria, non te

Nominis eterni splendida fama mouit.

Sed patriæ virtutis honor, tua sola voluptas.

Doctaq; magnorum tot monumenta Virum:

Quis putet Arctoo solem inferuire, pol:mq;

Vt toleret pallas posthabuisse Pharum?

Mutant cuncta Vices sed & omnibus obvia terris.

Natura ex Vno traduce dona fluunt

Cernis vt oceanus modicus tot lumina tractus

Porrigit, vt q; suum spargat in orbe Decus?

Sed quis erat dignos meritis qui ferret honores?

Non debet virtus laude carrere sua:

Hoc suffride tuum, patria te friso decorem

Suspicit, atq; tuo gaudet ab ore cani.

Tu Themidus phœbiq; decus, tua grata summa

Iungere Romanis pallia græca togis:

Erige sublimes fælix modo Frisia vultus,

Diceris ingenij terra beata tuis

Clarior inde tibi Leouardia gloria surget

Sc tua & authoris fama perennis erit:

Gauconis septem syluani Frisij. Cano-

nici Aquensis. & Seren. Philip-

po, & Ferdinando, Baua-

riæ principibus, A

Secretis:

Scriptorum referant alijs primordia gentis,

Sue tue latim, Gracia sue tue.

Nil Italus, nihil est penitus quod Frisia Grajus

Inuidas, Petrum, qui tua pandat habes:

Antiqua

*Antiquum decus ille tuum, monumenta tuorum,  
Arte vel ingenio, qui v'guere refert:  
Sic tibi grande vent' Suffride vindice nomen  
Ipsum honor & patris scilicet vrget amor:  
O felix! est cui patriæ iustissima clari  
Causa laboris amor, fructus amoris, honor.*

Arnoldi Manlij Gandensis,  
Medicinæ Profes-  
foris.

*I*unctus hic authorum veteri nouus, ordire longo,  
Scire cupis Lector, quis sit & vnde, chorus?  
*A*spice Teutonicum Frisios genus, arma minantes  
Charta pro ferro Roma superba tibi.  
*V*i patres, calamo prompti certare nepotes:  
Maius ab ingenio surgit & arte, decus.  
*V*erba dabant Rhetor Latius, finxere Poetae:  
Nec solus mendax Græcus in historiâ.  
*N*on impune feres solitos vrbs Romula fucos:  
Non nisi fit vero vindice, tuta fides.  
*E*rras, si Frisius rerum monumenta suarum,  
Si sua Germanis scripta deesse putas:  
*L*ux superat veri: Scriptores fama per istos  
Aequa volat rebus, nec nisi certa probat.  
*C*immerij's, Orci Suffridus nocte sepultos.  
Eruit è tenebris, restituit que Ioui.  
*N*on potuit tantum Minos, non Aëacus olim.  
Nec soboli Maiae tam sua virga potens.  
*Q*uo non dexteritas, quo non pranobile magni  
Pertigit ingenium, cura, labore que viri.

Quin

Quis credat reduces rediuiuo carcere mentes?  
Atque animas uno tot remeare choro?  
Sum sua barbarie, sunt & sua tempora Musis:  
Et locus, & genus veriutur ipse loci.  
Gracia quæ quandam fuerat, iam Gracia non est:  
Quaque vides cultam barbaraterra fuit.  
Cuncta nouai fluita uis euum: variantur in horas,  
Alternantque vices resque hominesque simul.  
In Frisia Latium: Leouardia migrat Aibenas:  
Fit Friso vir sanius. fit Maro si que Plato.  
Dicite custodem morum ritusque vetusti  
Suffridum, Frisia, turba nouena, Deo.  
Hunc recinat constricta pedes, pedibusque solutio  
Inuehat Arctico Belgica Musa polo.  
Teutonis ora serat meritas pro munere grates,  
Nec rata est facti præmia, Græca Charis.  
Tu quoque deposita quæ vel tua maxima virtus  
Inuidia, tellus dicta latente Deo.  
Vindicis veri dederis cum gramine quercum,  
Sic tua nec Cimber, Teuto nec arma premas.  
Autorem, sylva reboent adesque viaque.  
Hunc vates, toto quotquot in orbe, canam.  
Gloria Teutonici dum Casaris alma manebit,  
Dum Boreas Frisos frigidus vret agros,  
Nulla decus gentis memori lux eximet auro,  
Atraue suffridi nox teget villa chorum.

Simonis Toelmanni Pomerani,  
V. I. C.

**N**on sat erat veterum forti res Marte peractas  
Condere quos olim Frisia clara iulit:  
Nec

*Antiquum decus ille tuum, monumenta tuorum,  
Arte vel ingenio, qui v'guere refert:  
Sic tibi grande vent' Suffride vindice nomen  
Ipsum honor & patriæ scilicet vrget amor:  
O felix! est cui patriæ iustissima clari  
Causa laboris amor, fructus amoris, honor.*

**Arnoldi Manlij Gandensis,  
Medicinæ Profes-  
soris.**

*I*nclusus hic authorum veteri nouus, ordire longo,  
Scire cupis Lector, quis sit & vnde, chorus?  
*A*spice Teutonicum Frisios genus, arma minantes  
Chartea pro ferro Roma superba tibi.  
*V*i patres, calamo prompti certare nepotes:  
Maius ab ingenio surgit & arte, decus.  
*V*erba dabat Rhetor Latus, finxere Poëtæ:  
Nec solus mendax Græcus in historiâ.  
*N*on impune feres solitos vrbs Romula fucos:  
Non nisi fit vero vindice, tuta fides.  
*E*rras, si Frisii rerum monumenta suarum,  
Si sua Germanis scripta deesse putas:  
*L*ux superat veri: Scriptores fama per istos  
AEqua volat rebus, nec nisi certa probat.  
*C*immerij's, Orci Suffridus nocte sepultos.  
Eruit è tenebris, restituit que Ioui.  
*N*on potuit tantum Minos, non AEacus olim.  
Nec sobol! Maia tam sua virgā potens.  
*Q*uo non dexteritas, quo non pranobile magni  
Pertigit ingenium, cura, laborque viri.

*Quis*

*Quis credat reduces rediuiuo carcere mente.*

*Atque animas vno tot remeare choro?*

*Sunt sua barbarie, sunt & sua tempora Musis:*

*Et locus, & genius vertitur ipse loci.*

*Gracia qua quondam fuerat, iam Gracia non est:*

*Quamque vi des cultam barbara terra fuit.*

*Cuncta nouata fluit aucta & aum: variantur in horas,*

*Alternantique vices resque hominesque simul.*

*In Frisia Latium: Leuuardia migrat albenas:*

*Fit Friso vir sanius. fit Maro si que Plato.*

*Dicite cunctodem morum ritusque vetusti*

*suffridum, Frisia, iuba nouena, Dea.*

*Hunc recinat constricta pedes, pedibusque solutio*

*inuenhat Arcteo Belgica Musa polo.*

*Teutonis ora ferat meritas pro munere grates,*

*Nec riteat facti premia, Graca Charis.*

*Tu quoque deposita qua vel tua maxima virtus*

*Inuidia, telus dicta latente Deo.*

*Vindictis veri dederis cum gramine quercum,*

*Sic tua nec Cimber, Teuio nec arma premas.*

*Autorem, sylva reboent ad esque viaque.*

*Hunc vates, toto quotquot in orbe, canant.*

*Gloria Teutonici dum Casaris alma manebit,*

*Dum Boreas Frisios frigidus vret agros,*

*Nulla decus genii memori lux eximet auro,*

*Atraue suffridi nox teget villa chorum.*

Simonis Toelmanni Pomerani,

V. I. C.

*Non sat erat veterum forti res Marte peractas*

*Condere quos olim Frisia clara iulit;*

*Nec*

Nec sat erat, priuca fuerit qua guentis origo  
Pandere, seram hilata morante libro  
En quoq; scriptores primis Suffridus ab annis  
Frisiadas repetit, luce beatq; noua:  
Nunc tumido Italia ore tuos, nunc Gracia iacta,  
Scriptoresq; suos Frisiam habere nega:

Authoris ad Poste-  
ritatem.

**A**ccipe Posteritas maiorum scripta tuorum.  
Quæ Primo repetita vides a Principe nostro  
Frisone continuos nongentes mille per annos:  
Paucæ quidem fæcior nostro producta labore,  
Si spatio reuoluta notes tot secula tanto:  
Sed tamen hoc spatio quam multa absumere tempus  
Quiquerit, & Frisius grassans creberrima terris  
Eluio, q. am multa feris incendia flammis,  
Et quam multa truci Mauortia bella tunulit  
Atque etiam iunctis incomoda & terribillis.  
Abstulerit, que barbaries tam longa negarit,  
Qui secum reputat, nō is fortasse negarit,  
Plura superstibus tenebras subiisse perenne?  
Aut, qui nunc olido marcescunt puluere forsam  
Et latitant, alias meliori sydere nobis,  
Aut allijs. promptios se dedere posse libellos:  
Quicquid fors dederit, quicquid Fortuna negarit.  
Tu pia posteritas hac spe subixa futuros,  
Exemplo properes nostro stimulare nepotes,  
Ut Veterum monumenta patrum neglecta tot annis  
Fortiter ex tenebris in apertum asserta reducant.


Et

*Et merita donent in publica c ommoda luce:*

*Hac ratione pios ad sidera tollere manus  
Maiorum poterunt, dum Cedro dignalocuti,  
Ingenium scriptis, ingenti scripta nitore,  
Vtibus haumanis hi commendasse probatur:*

*Hac ratione etiā poterunt abstergere dudum.  
Quæ quidam patriæ, neclunt abbrobria nostræ  
Barbariaque nostram sat agunt aspergere fœdam:*

*Nam patet hinc, prisco nostris maioribus eis,  
irtes ingermuas, leges & bellicaiura,  
Et quacumq; docent sacro gymnasia ritu.  
Complacuisse satis non, harum munere rerum  
Cedere Romanis nostros, non cedere Grays:*



# SVFFRIDI<sup>Ante natum Christum.</sup> PETRI LEOVAR-

## DIENSIS DE SCRIP- TORIBVS FRISIAE. DECAS PRIMA.

### I. FRISO.

**F**RISO Frisonice gentis conditor fuit. Eius originē vitam & res gestas tradimus Annalium Frisicorū libro primo, & in ijs tribus libris quos de origine Frisiorum conscripsimus & in Strena quam ad ordines frisiae scripsimus. Hoc opere, quod scriptoribus frisiae peculiariter destinauimus, scripta eius paucis re- ceusebimus, quatenus ad notitiam nostram peruenierunt: Scripsit autem itinerarium vita sua quod nisi temporum iniuria intercidisset plenissimā habere- mus noticiam actōrum omnium huius Principis, quorū nunc vestigia quādam Rhytmis suis conseruauit. M. Aluinus S necamus de quo infra hoc opere suo loco dicturi sumus. Scripsit etiam testamentū suū, in quo filijs potissimum agenda omitienda pracepit, ad obseruandam inter ipsos concordiam, & cum finiti- mis principibus pacem: Cuius etiam vestigia relucent in supradictis Aluini Rhytmis. Scripsit etiam fœdus initū cum Principibus Germaniae, cum illi committe- retur aggerum refectio aduersus inundationes ma- ris, & via Regiae tutela aduersus Sicarios ac prædo- nes. Cuius manifesta reliquiae sunt in legibus frisio-

Aste natum rū antiquis, que frisia lingua excusæ extat, & longe  
 Christum. alia sunt, quam illæ frisorum leges, quas cum alijs  
 aliarum Germanicarum gentium legibus publicauit  
 Iohannes Herolt: Scripsit etiam distributionē frisiae,  
 qua eam diuisit pro numero filiorum suorum in sep-  
 tem prouincias, quas posteri Zelandias appellarunt,  
 & vnicuiq; suos terminos diserte praefixit. Cuius  
 rei itidem extant vestigia clarissima, in eodem legiū  
 frisicarum libro supradicto. Scripsit etiā præterea le-  
 ges politicas, Iura feudorum, quorum ipse primus in-  
 ventor & author fuit, de quibus tū apud Heroldum,  
 tum in frisico legum codice reliquæ manifeste repe-  
 riuntur: horū autem omni memoria apud scriprores  
 nostros extat, inter quos aliqui non modo operū titu-  
 los, sed & fragmenta integra ex hisce citant & in  
 medium proferunt: an autem plura scripserit, nobis  
 hactenus nō constat: scripsisse autem eum hac lingua  
 frisica, sed characteribus gracis in profatione huius  
 operis docuimus, quod idē de successoribus eius quoq;  
 intelligi volumus, vsq; ad ea tempora quibus Roma-  
 norum literæ in Germania inualuerunt: Obiit hic  
 Princeps anno ante natum Christum 149. postquam  
 Principatum frisiæ tenuisset continuis annis sexaginta octo. Quo temporis curriculo qui fuerint (qua-  
 quā fuisse equidem non dubito) in germania scripto-  
 res, nominatim recensere non possum.

## 2. A D E L

**A**D E L Frisonis supradicti filius secundus Friso-  
 rum Princeps paternas leges renouauit & suo  
 adiectis auxit: Acta item fœderum memoria man-  
 dauit, que tum pater ipsius tum ipse pacis ergo cum  
 vici-

# DECAS PRIMA.

Vicinis principibus pepigit, que allegantur a Suffrido Ante natum  
Sterckenburgio: Tuit etiam coniuiorum leges, & Christum.  
alias quibus in honestorū lusu exercitijs subditu vte  
rentur, quas plerasq; ex Sicilia translatas esse, & in  
hodiernum vsq; diem usurpari nos in frisorū legibus  
coniualibus suo loco plenius declarabimus: Hic prin  
ceps fato suo functus est anno ante natum Christum.  
159. Postquam Principatum frisia a morte parentis  
administrasset annis continua. 94. Hoc itidem tem  
poris curriculo nullum reperio nominatim in Germa  
nia scriptore, quamq; nullos interim extitisse, equi  
dem non credā: de reliquis huius Principis actis lector  
videat Annalium nostrorum librum secundum: ex cu  
ius nomine tota germania in hodiernum vsq; diem  
nobiles Adelingi & Vam Adel dicuntur.

## 3. VITO

**V**ITHO qui & Iutho dictus est eiusdem Friso  
nis filius fuit, cuius vitam & res gestas eo opere  
tradidimus, quod de Ducibus, & Comitibus Equiti  
bus ac Nobilibus Frisia conscripsimus, qui rei bellicae  
gloria praesisterunt, & in vniuersali Regni Frisonici  
administratione non fuernit. Hic enim quia de frisia  
scriptoribus peculiariter agimus, huius principis scrip  
ta dumtaxat cōmemoramus: qua tametsi multa non  
sunt, ingentii tamen subsidio nobis esse poterant ad res  
maiorum nostrorum cognoscandas. Scripsit enim de  
frisorum Colonia in Iuthiam ducta.

Item de bellis suis aduersus Danos gestis.

Item institutionem Principis.

Ex quibus Danorum, Suetonum, Gothorum, Sax  
onumq; Scriptores veteres non pauca mutuati sunt;

#### 4. DE Scriptoribus Frisiae

**A**ntenatum ut ex recemioribus Saxone Grammatico, Alberto Christum. Crantio, & Ioanne magno Goitho appareat: Nostri certe cum frustillati ista citant ingeni dolere nos afficiunt quod integra non conseruauerint, sed hec est iniuria non hominum sed temporum: An plura scriperit hic Princeps, nobis nundum copertum est, quaetate vixerit ex comparatione pairis ac fratri facile colligitur. Mortuus sane est, Anno ante natū Christum. 238.

#### 4. HETTO.

**H**ETTO, qui & Hesso & Hesus & Jesus dictus est eiusdem supradicti Frisomis filius fuit. Cuius & ipsius vitam & res gestas in supra allegato opere nostro de Ducibus, Comitibus etc. tradidimus; ideoq; hic tantum de scriptis eius agimus: scripsisse enim dicitur, ut nostri allegant.

De origine & successu earum gentium que Germaniam sua tempestate incolebant.

Item singularum earum gentium leges collegit & paternis adhibitis temperauit ac mitigauit: Mortuus est hic Princeps Anno ante natum Christū. 230.

#### 5. HAIO.

**H**AIO eiusdem Frisonis filius fuit, de quo etiam plenius egimus in supra allegato opere nostro de Ducibus Comitibus, etc. Nam hic eius scripta tantummodo indicabimus, scripsisse enim a nostris memoratur.

De Dijs patrijs quos ego indicos intelligo, cum ipse ex India originem duxerit.

Item de Dijs Germanorum,

Item de Deorum sacrificijs in Frisia faciendis.

230.

Item

DECAS PRIMA.

Item de templis, delubris, & altaribus per Frisia  
constituendis: Mortuus est hic Princeps Anno ante  
natum Christum. 180.

180.

6. SCHOLTO.

SCHOLTO siue Schelto itidem Frisonis filius  
fuit, qui scripsisse perhibetur. De re militari.  
De exercitijs Gymnasiorum. De conditioni-  
bus salui conducti. De coercendis maleficis.  
De tuenda via Regia. De Friesorum Colonia  
in Scotiam ducta.

Quæ ad vitam, & res gestas huius Principis per-  
tinent, ex supra allegato opere de Ducibus, Comi-  
tibus, &c. Lector petat: Obiit hic Princeps Anno ante  
natum Christum, 176.

176.

7. GAILO.

GAILO etiam Frisonis filius fuit, de quo itidem  
inter Duces, Comites &c. in opere supra alle-  
gato plenius locuti sumus. Hic scripsit ut uostri citant  
ac referunt. De reficiendis aggeribus.

De nonnullis alijs quæ ad arcendas inundationes  
maris pertinent: Obiit autem Anno ante natū Chri-  
stum, 169.

166.

8. AESGO.

AESGO itidem Frisonis filius fuit de quo etiam  
inter Duces, Comites, &c. in opere supra alle-  
gato plenius tractauimus. Hic de scriptis eius dicen-  
dum nobis est: Scripsit autem ut ex testimonij ac  
citationibus nostrorum intelligimus.

Leges politicas De ordine iudiciorum.

De gradibus dignitatum politicarum.

De officio iudicis.

## DE S C R I P T O R I B V S F R I S I A E

Obiit hic Princeps anno ante natū Christum 160.  
vno anno ante fratrem suum Adelem, qui omnium  
diutissime vixit interfilos Frisonis.

## 9. V B B O.

**V**BBO tertius Frisiae Princeps Adelis filius &  
Frisonis nepos fuit, cuius vitam ac res gestas  
tertio Annalium libro tradidimus: hic de scriptis eius  
tantum attuli sumus. Scriptis autem:

Vitam Frisonis: Vitam Adelis.

Coloniam Vbiorum.

Plenam historiam de Frisorum rebus gestis:

Quae omnia allegantur à Cappido Stauriensi, qui asserit Solconem Fortemanum suas Antiquitates, ex hoc Vbbone maxime esse mutuatum: ut infra in Solcone dicemus latius Obiit hic Princeps anno ante natum Christum 79. Cum principatum Frisiae administrasset continuis annis 80.

79

## 10. G R Y N S.

**G**RYN S qui & Grunus, Gailonis si pradicti filius Frisonis nepos fuit: cuius vitam & res gestas lector videat in opere quod de Ducibus, Comitibus &c. conscripsimus. quod huius instituti est hunc scripsisse Suffridus Sterckenburgius asserit.

Genealogias posteriorum Frisonis.

80

Obiit hic Princeps anno ante natum Christum 80.

## DECAS SECUNDA.

## I. FRISO IVNIOR.

**F**RISO iunior, qui & Frisus dictus est, Gruni supradicti filius fuit, de cuius vita & rebus gestis pl-

DECAS SECUNDA.

stis plenius eginus in opere nostro de Ducibus, Comitibus, &c. hunc scripsisse nostri afferunt.

Expeditiones suas, quas sub diuersis Principibus fecit.

Item Coloniam suam quam ipse ultra Fleum duxit in terram, quam de nomine suo vocavit Frisia-nouam.

De obitu Principis huius nihil reperire certi ha-  
cenus potui.

2. ASINGA ASCON.

ASINGA Ascon quartus Frisiae Princeps, Vbbo-  
nis supradicti filius fuit, cuius vitam & res go-  
stas quarto Annalium nostrorum libro tradidimus.  
hic scripsit.

Fœdus inter se & Augustum Cæsarem initum: cuius mentio fit in multis Imperatorum Rom. Bullis ac Diplomatibus, quibus genti nostræ privilegia vetera renouantur & confirmantur, quod infra in Carolo Magno, in Sigismundo & alijs declarabitur oportu-nius.

Scripsit etiam expeditiones suas contra Sicam-bros ac Batauos habitas.

Obiit hic Princeps anno post Christum natum vn-decimo postquam Principatum Frisiae administra-fet annis continuis 82.

Anno Chri-  
sti

11

3. VERRITVS.

VERRITVS Frisiorum legatus vna cum Ha-  
lorige Romanam missus fuit ad Neronem pra va-  
cuis agris, quos Romanis Frisijs ademerant, uti re-  
fert Cornelius Tacitus Annalium libro 13.

Vitam & res gestas viriusque huius legati pla-

## 8 DE SCRIP TORIBVS FRISIAE

Anno Chri- nius tradidimus, in opere de Ducibus, Comitibus &c.  
ti. Incidit hac legatio in annum Neronis 6. hoc est Christi 62. Scripsit Verritus teste Cappido.

Legationem suam Romanam.

Itinerarium Romanum.

Bellum istorum agrorum nomine inter Frisios ac Romanos gestum.

### 4. S. AEGISTHVS.

S. AEGISTHVS unus fuit ex 72. discipulis Do-  
mini, quem D. Petrus in Frisia & Saxoniam  
misit ad prædicandum Verbum Dei sicuti Varnerius,  
Rolevink refert in opere de laude antique Saxoniae,  
addens eum in his prouincijs sine ullo ferme fructu  
versatum tandemq; martyrio esse coronatum. & re-  
liquias eius ad suam vsque atatem hoc est annum us-  
que Christi 1500. Bardevici cum summa deuotione  
fuisse seruatas. Cappidus Stauriensis addit, eum  
Verrito ac Molorigi Roma à D. Petro conuersis, &  
in patriam redeuntibus adiunctum esse Frisia pri-  
mum Apostolum. & ab eo postea seminaria Christi-  
anae Religionis in Frisia durasse usque ad tempora  
Caroli Magni. qua de re latius egimus in supradictis  
Legatis Verrito & Malorigo, in opere de Ducibus, &  
Comitib. itemq; in Historia nostra Ecclesiastica Fri-  
sie. Scripsit non pauc a sed ad notitiam nostram non  
peruenit nisi quod Cappidus allegat.

62 Itinerarium vita sue: Albertus Crantzus cap. 1.  
lib. 1. Metropol. historiam eius attingit.

### 5. TABBO.

TABBO septimus & ultimus Frisiorum Prin-  
ceps, (nam deinceps Frisij septem Duces habue-  
runt)

runt) Scripsit vti Cappidus testatur.

Ante natum  
Christum.

De Principibus Frisia. De posteritate Frisonis.

De bellis Frisorum cum vicinis nationibus.

Vitam eius & res gestas lector petat ex Annali-  
um nostrorum libro septimo: obijt hic Princeps anno  
Christi 130.

130

## 6. SYNNA SAPIENS.

**S**YNNA sapiens schola Druydom Praefectus fuit  
in Aula Dei, que postea Leonardia dicta est, ut  
ex Collectaneis Huberti S. hoti discimus. is scripsit  
ad Asconium primum Frisorum Du. em.

De colendis Dijs patrijs;

De exterminandis Christianis.

Vixit circa annum Christi 170. His antecessorebus  
suos in Aula Dei Druydom praefectos commemorat,  
ut Dn. H. S. lotus testatur, Harionem patrem suum,  
& aum Serapionem, & proaum Viphonem. qui  
tamen an aliquid scriperint, non exprimitur.

## 7. TITVS BOIOCALVS.

**T**ITVS Boio. alius tertius Frisorū Dux scripsit  
Apologiam pro se ad Romanos de cēde quam  
Roma fecerat.

Item excusationem Antonini philosophi pro se ad  
fratrem suum Adelboldum secundum Frisia Ducem  
scriptam edidit.

Item scripsit expeditionē fratribus Adelboldi & su-  
am pro Duce Brabātia aduersus Romanos suscepā.

Item scripsit expeditionem Antonini philosophi &  
suam aduersus Vandulos.

Item expeditionē fratribus & suam aduersus Van-  
dalos.

## 10 DE SCRIPTORIBVS FRISIAE

Anno Christi.

Hor in operum nihil integrum ad nos peruenit  
sed apud diuersos diuersa ex his citata reperiuntur.

299

Mortuus est hic Dux anno Christi, 299.

Cuius vitam & res gestas lector amplius petat ex  
Annalium nostrorum libro octavo.

### 8. HARCO SAPIENS.

**H**ARCO Sapiens ut ex Huberti Schoti collec-  
taneis discimus in Aula Dei successor ex inter-  
vallo sume supradicti fuit, & scripsit inter cetera.

De immortalitate anima humana.

310

De anima Brutali.

Vixit circa annum Christi, 310.

### 9. H ARON.

**H**ARON Quintus Frisorum Dux conscripsit  
controversiam inter se & Didericu[m] idem  
lium Frisorum ducem, & eo nomine fœdus  
iunctum de prerogativa Regie Majestatis inter Fri-  
siam occidentalem & orientalem, Cum hactenus  
Frisia, quæ tunc occidentalis dici coepit, habitata no[n]  
esset: Mortuus est hic Dux anno, 335. Cuius vitam  
atque res gestas lector petat ex annalium nostrorum  
yndecimo libro.

335

### 10. ODILBALDVS.

**O**DILBALDV[S] Supradicti Haronis Fra[ter]  
scripsit legationem suam quam Imperatoris  
Diocleianii nomine in AEgyptu[m] obiuit, ubi & fato  
suo functus est ante fratrem suum, sed quo anno  
nondum satis constat: de vita eius & rebus gestis  
alijs lector videat opus nostrum de Ducibus Comi-  
tibus, &c.

## DECAS TERTIA

## I. POPPO HARDMAN.

**P**OPPO Hardman ex Veteri prosapia Hardmannorum natus de cuius Vita & rebus gestis diximus in opere de Ducibus Comitibus, &c. ut ex Suffrido Sterckenburgio cognoscimus scripsit de ordine equestri. De Comitibus. De Ducibus.

De Regibus. De Priuilegijs & prærogatiis singulorum, Mortuus est anno 350.

350.

## 2. VDOLPHVS HARON.

**V**DOLPHVS Haron septimus & ultimus Dux Frisiae (nam post hunc usq; ad Carolum magnum prefuerunt Frisiae vicissim nostrum Reges) scripsit Coloniam, quam ipse duxit in Angliam Veterem praefectus filiis suis Hengisto & Herfo: ducatu Frisiae se abdi. auit anno ante patum Christum 392. Integris 57. annis antequā idem Heugistis & Horfis in Britannia a Vortigerno contra Pictos & Scotos vocarentur. Tanto enim temporis spatio in Anglia veteri illa prope Iushia velut in Coloma sua egerant: & piraticam exercuerant in Mari Britannico. Cuius rei ignorantia non modo confusionem calculis sed & errorem rerum ingentem Crantio & alijs incusit, non discernentibus Angliam veterē à noua: & putantibus istos recta in Britanniam tetendisse cum ex frisia soluerent. Cum inter eorum decesum ex frisia, & appulsum iu Britanniam interfuerint anni, 62. quibus in Anglia veteri egerant de cuius nomine postea Britānia dicta est Anglia. De vita & rebus gestis huius Ducis vide Annalium nostrorum librū, 14.

392.

Anno Christi  
411.

## YGLO LASCON.

**Y**GLO Lascon insignis belli dux: fuit, quem contra Vestphalos ac Sicambros, praesidio Angriae Odilbaldus sextus Frisiorum Dux imposuit. quam & 65. continuis annis fortiter defendit, sicuti latius declarauimus in opere nostro de Ducibus, Comitibus, &c. Hic scripsit:

De expeditionibus suis aduersus Vestphalos ac Sicambros.

De praesidijs ab ipso in Angria, & Vesphalia collocatis.

De matrimonio Vdolphi Haronis & filiae Vetgisti Satrapae Saxonum.

De origine Vetgisti & cognatione eius quam habuit cum Odilbaldo Frisiorum Duce.

De institutione & educatione Hengisti & Horsi.

De decessu Hengisti & Horsi in Anglia Veterem.

Catalogus in Ducum & Comitum, qui Classem Hengistianam in duenda habent. Colonia preferunt.

De adoptione Hengisti & Horsi facta a Vetgisto anno eorum Materno.

409 Obiit hic Dux anno Christi 409.

## 4. HOLLIVS.

**H**OLLIVS de quo inter Dux, Comites, &c. plura diximus, Vir primarius fuit in classe Hengisti & Horsi, cum illi relicta Frisia Coloniam ducerent in Veterem Angliam: hic scripsit

De Colonia Angliana. De qualitate Angliae.

De pirati a Frisiorum ex Anglia in mari Britannico & nonnulla alia, que nostri nominatim non allegat.

430 Mortuus est hic Dux anno Christi 430.

5. VI-

## DECAS TERTIA.

13

## 5. VITHO SAPIENS.

Anno Christi  
stii.

**D**RVIDVM prae*fectus* in Aula Dei, ut ex Capido & Huberti Schoti Collectaneis discimus. scripsit.

De restaurandis delubris Decorum.

De loci pletanda Bibliotheca publica: Stauria in templo Stauonis que illi frigidius oli videbatur:

De publicis actis diligenter ad memoriā posteritatis conservandis.

De reformandis Gymnasīs. obiit anno 132.

132.

## 6. RICHOLDVS VFFO

**R**ICHOLDVS Vffo, primus Rex Frisiae. (Nā hactenus Principes ac Duces Frisiā gubernarant) multis libris & actis Bibliothecā publicam locupletauit. Scripsit ipse quoque

Genealogias Principum ac Ducum omnium, qui ante ipsum in gubernatione Frisiae fuerant: Quos & Stauria in atrio suo ad viuum, quoad id fieri potuit ex ordine depingi fecit: Vitam & reliquias eius res gestas lector petat ex Annalium nostrorum libro 15. obiit hic Rex anno Christi 435.

435

## 7. HERCON.

**H**ERCON Capitaneus Richoldi Regis supradicti, de quo inter Duces, Comites, &c. plura diximus. Scripsit expeditiones suas, quas sub Imp. Romano & Constantinopolitano fecit.

Item expeditionem quam fecit in Daniam. obiit anno Christi 440.

440

## 8. HAIO FORTEMAN.

**H**AIO Forteman, ex antiquo & nobili familia Fortemanorum fuit; de quo plura diximus in opere

14 DE SCRIPTORIBVS FRISIAR

Anno Chri- opere nostro de Duci bus Comiti bus &c. Hic scripsit  
- bi. de vocatione Hengisti ex Anglia veteri in Britanniā;

De pactis inter Hengistum & Vortigernū ini tis.

De prælijs Hengisti & Horsl, contra Pictos &  
Scotos pro defensione Britannorum.

De causis; ob quas Hengistis Britannis, ex defen-  
sore hostis factus sit.

Catalogum ducum classium Hengisti, quas in Bri-  
tannia adduxit.

De copijs quas Hengistus ab initio i sg, ad obitum  
suum in Britanniam aduexit:

Obiit hic anno Christi, 478.

9. TACO HERMANA

TACO Hermana inter præfectos clas s Hengi-  
stianafuit. um Hengistus Britaniā inuaderet  
rupro födere, de qno plura Lector videat in opere  
nostrō inter Duces Comites, &c. Hic scripsit, expedi-  
tionem Britannicam.

Coloniam Frisiorum nouam, quam ipso Duce  
frisijs duxerunt in insulā maris Eritannici, quam de  
patrīa sua nomine ipsi Frieslandt, geni mercato-  
res Frieslandiam appellarunt: De situ & qualitate  
eius insulæ: & quedam alia que ad noticiam nostrorū  
non peruererunt: defunctus est in Frieslandia sua cui  
prefuit anno Christi. 536.

10. POPPO SAPIENS.

PO PPO Sapiens Druydn̄m Scholæ præfetus in  
Aula Dei, Sacerdos Stauonis, acerrimus perse-  
cutor Christianorum fuit de cuius vita rebusq; ge-  
stis plura egimus ubi de Idololatria frisiorū ex pro-  
fesso locuti sumus.

## DECAS TERTIA.

15

Is omnium ethnicarum literarum summam penitiam habuit: scripsit quæ allegatione nostrorum ad aures nostras peruenierunt.

AENO CHRI.  
sti.

De cultu Deorum: De Officiis Sacerdotum.

De Ritu sacrificiorum.

De Unione occidentalis Regni Frisiae facta cum regno orientali in Beroaldo Rege:

De opressione eiusdem Regni per Francos facta imperfecto eodem Rege Beroaldo:

De rebus gestis nobilissimi Viri Herconis Rodmanni:

Item de rebus gestis nobilissimi Viri Siuardi Hopperi.

Vita defunctus est ut ex collectaneis Huberti Schoti apparet circa annum 678. sub Radbodo eius nonnunquam primo Frisorum Rege quamquam sub eius patre Adgillo maxime vixerit circa annum Christi, 646. sed exauthoratus per Francos, à Radbodo 646 enim Francis rebellante restitutus fuit.

## DECAS QVARTA.

### I. S. KONIOCHVS.

S KONIOCHVS secundus Frisorum Apostolus fuit. Nam cum Dagobertus Francorum Rex imperfecto Frisorum Rege Beroaldo Frisos Francis Vectigales fecisset, eorumq; Regno ademisset, quæ vellet Viltenburgum arcem quæ nun. Vlraiectum dicitur. Archiepiscopο Colonensi sancto Cuniberto dedit, qui suffraganeum suum hunc virum sanctūbi cōstituit, veluti principē seminarij in Religione Christiana. Qui quidē ibi cōstitutus ope Francorū Regum

etato-

Anno Christi oratorium construxit in honorem S. Thomae Apostoli: & viuente Adgillo Beroaldi filio quidem illic mediocrem tranquillitatem habuit, quo defuncto Radbodus Adgilli filius rebellans Francis arcem rursus admitt Ecclesiam euerit, Antistitem fugauit. Scriptis nonnullis inter quae sunt

De colendis idolis Gentium.

De puritate ac certitudine Religionis Christianae.

Floruit maxime sub Rege Adgillo eius nominis  
660 primo circa annum Christi 660. ac deinceps.

2. S. VILFRIDVS.

Pullulante iam per Frisiā opera Francorum Regum Religionē Christianā per quos alias alij verbi diuini praēcones in easū prouinciam missi sunt, plazit prudentia diuina fructum vberiorem fieri per doctores Anglicos, & Scotios, qui ut ex Frisijs originem duxerant, ita & consanguinitatis & lingue communione genti grationes futuri erant. Ideoq; vt series scriptorum commodius obseruetur, libet hic occasionem referre paucis, qua moti sint pī viri complures in Anglia & Scotia hac tempestate quorum maiores olim ex Frisia cum Hengisto & Herso in Britanniam migraverunt, vt ad Frisios maiores suos Christo lacrificiendos conatus suos conuerterent. Itaq; S. Vilfridus Ripponensis in Septentrionali Anglosaxonum prouincia natus, & tandem Eboracensis Archiepiscopus constitutus, cūm Romanam prefecturam esset, sicuti Beda lib. 5. cap. 20. Engl. hist. refert, vbi nauem concendiisset, flante Fauonio appulsus est in Frisiā sub autumnum, anno Christi 672. qui fuit Adgilli Regis ultimus. Et cum sementem vberem in Frisijs

DECAS QVARTA.

17

Anno Chri-  
sti.

Frisys per eam hyemem fecisset, in eunte vere istinc  
Romam profestus est: vnde cum rebus feliciter ex-  
peditis, in Angliam reuersus esset multos viros pios  
tota Anglia & Scotia exsuscitauit atque commouit  
vt Euangelium Christi Frisys prædicarent, eaq; an-  
tipelargia maioribus suis gratiam referrent: inter  
quos primus ac præcipius fuit S. Egbertus, de quo  
mox dicemus: de sancto hoc Vilfrido pluribus age-  
mus in Ecclesiastica historia nostra, vbi de Doctori-  
bus Ecclesia agemus: hic enim de scriptoribus tantum  
agenus, qui ad Frisia illistrandam lucubrations  
suas in lucem ediderunt, idq; promiscue siue sacra  
istæ sint siue profana: Alioqui enim quod Beda dicit  
hunc fuisse primum Frisonicæ gentis Apostolum, id  
candidè intelligendum est, peculiariter de ijs, qui ex  
Anglia aut Scotia venerunt, nam aliunde predicato-  
res verbi diuini ante hunc Vilfridum non paui in  
Frisia fuerunt, vt in historia Ecclesiastica nostra ap-  
parebit: Hic igitur scripta eius tantum recitabimus  
quamquā ea ad nos quidem non magnopere perti-  
nere arbitremur: Scriptis autem

Aduersus Colmannum Ceddam & Hildam Ab-  
batissam.

De Pascha celebratione librum unum.

Pro Cleri. orum Tonsura librum unum.

Edicta Pharen sis Synodi lib. i.

Epistolas ad diuersos lib. i.

Atque alia plura que latent.

Plura de Vilfrido Polydorus Virgilius: & Beda  
lib. 4. cap. 12. itemq; lib. 5. cap. 20. hist. Angl. vitam  
autem eius integrum (vt Catalogus Britannicus in-.

B dicat)

Anno Chi- dicat (conscriptis, Heddius Stephanus Monachus  
 si. apud Cantiros, adhortante Acca Episcopo Hagulstat.  
 circa annum 270. Item Odo Seuerus Camuarie  
 Archiepiscopus & Frideodus Cantuariae Diaconus  
 qui claruerunt anno 959. Denique Petrus de Blesis  
 anno 1160.

## 3. S. EGBERTVS.

**S**ANCTVS Egbertus ex Australium Anglorum  
 siue Sudosaxonum genere non ignobilis familia na-  
 tus ad Septentrionalem Angliam venit ac in Lindis-  
 farnensi monasterio vita religiosa fundamenta iecit:  
 vnde peste excussus qua tum per omnes Anglosaxo-  
 num Regiones crudelissime grassabatur, in Hibernia  
 concessit, atque inde tandem in Scotiā Religionis ergo-  
 quo rum temporis ob eandem causam multi viri p̄ij  
 confluxerant: Hic auditorumore de successu San-  
 eti Vilfridi apud Frisios, miro desiderio exarxit an-  
 nuncianda huic genti Religionis Christianae. Quare  
 collectis eiusdem voluntatis aliquot socijs, & itineris  
 comitibus, nauem ingressus est, Frisiam petiturus:  
 Sed voluntati Diuina aliter hoc visum est, que signis  
 efficacibus eum & antea premonuerat, & è medio  
 cursu tunc vna cum socijs reuocauit, obiecta i tempe-  
 state, que conatibus eius palam aduersaretur. Ex  
 socijs illius tamen unus Sanctus Vigbertus ferren-  
 tiori zelo flagrans in Frisiam perrexit, vt mox dice-  
 tur: Egbertus igitur cum ceteris in Anglia reuersus  
 ubi diuina prouidentia maioribus Ecclesiae commo-  
 dio

## DECAS QYARTA.

19

dis eum reseruauit : Nam & Anglicana Ecclesia <sup>Anno Ch. 66</sup>  
 prasens in loco sibi commisso , tum voce,tum scriptis <sup>li.</sup>  
 profuit, & absens etiam salutem Frisia procurauit,  
 mittendis subinde in eam nouae prædicationis Apo-  
 stolis . Nam cum Vigbertus supradictus elapso bien-  
 no in Angliam reuersus diceret , in Frisia magnam  
 quidem esse paratam messem, sed operarios esse pau-  
 cos, Egbertus ex omni Anglosaxonica gente delectos  
 eruditione ac pietate præstantissimos duodecim  
 verbi Diuini præcônes congregauit , quos velut  
 Apostolos in Frisiâ dirigeret quorum nomina  
 sunt.

- |                   |                          |
|-------------------|--------------------------|
| 1. Villibrordus.  | 2. Suitbertus.           |
| 3. Accas.         | 4. Vigbertus supradictus |
| 5. Villibaldus.   | 6. Vniboldus.            |
| 7. Lebuinus.      | 8. Eualdus Albus.        |
| 9. Eualdus Niger. | 10. Verenfridus.         |
| 11. Marcellinus;  | 12. Adalbertus.          |

Qui anno sexcentesimo nonagesimo Ultraiactum,  
 appulerunt, ac Deo cooperante multum animorū lu-  
 crum in Frisia, Hollandia , alijsq; locis fecerunt : Et  
 quoniam hi Doctores sancti , vii Beda testatur pro-  
 gnati fuerūt de gente Frisonica & Saxonica, ideo cō-  
 uenienter eis Euangelium Christi prædicare potue-  
 runt : Egbertus porrò anno Christi 729. atatis sua  
 90 in insula Huensi, quam alluit mare scoticum vita  
 defunctus est, in ipso die Paschatis octauo Calendas  
 Maias Mardaco Scotis imperante : Scripsit autem  
 de ritibus Catholicorum librum unum.

B 3

D 6

Anno Chri-  
sti.

De Paschali obseruatione lib. vnum.

Conciones varias lib. i. & alia quædam.

Alius ab hoc fuit Egbertus Eboraensis Episcopus; etate hoc nostro posterior, qui & ipse nonnulla scripsit: Hic noster fuit Egbertus monachus, de quo plura Venerabilis Beda hist. Engl. lib. 3. cap. 4. & 27.

**690.** & lib. 4. cap. 3. lib. 5. cap. 10. & 23. Floruit anno 690. & deinceps. Scripsit quædam qua tamen ad notitiam nostram non peruererunt.

#### 4. S. VIGBERTVS.

**S.** VIGBERTVM Egberto proximum subiungimus ratione temporis ut nobis Chronologia constet ratio, qua horum Doctorum acta Regum Frisorum actis coniungimus: Egberto enim diuinitus in Angliam retracto solus hic Vigbertus itinere non intermissò in Frisia perrexit ac peruenit cum duobus pueris & clericis, uti testatur in vita S. Sutberti Marcellinus cap 5. anno 678. sex annis scilicet post quam Vilfridus supradictus Romā profecturus Frisia reliquisset, & māsit in Frisia ioto biēnio, Christumq; strenue pradecauit sed aut nullum aut certe perquam exilem fructum facere potuit. Quod ne quis miretur, cum Vilfrido tantum successum ibi fuisse supra dictum sit, considerandū est, mutatis Principib; etiam subditorum animos mutari. Primum enim Regi Adgillo defuncto successerat Radvodus eius filius, plane dissimilis patris, utpote crudelissimus, & Christiani nominis manifestus hostis. Deinde post primum imperij sui annum capto & in Damnam aucto Rex Daniae crudelissimum Toparchans suum Omundum, (quem & Ongendum alij vocant) gubern-

gubernandæ Frisiae præfecit, qui & gentem ipsam  
 crudelissima seruitute afflixit, & idololatriam Eth-  
 namicam vt cumque per superiores istos Doctores luxa-  
 tam restituit ac firmauit. per integros quinque an-  
 nos quibus in Dania captiuus tenebatur Radbodus:  
 Denique & ipse Radbodus in regnum suum restitu-  
 tus nihil mutuus Frisios tractauit, quam fecerat  
 Omundus: Neque verò in Frisia tantum grassaba-  
 tur, sed & prouincijs vicinis infestus erat. ijs præci-  
 pue in quibus animaduerterat iacta esse seminaria  
 Religionis Christianæ: Itaque & Ulti. cinctum quod  
 ad Francorum Reges tum pertinebat, armata manu  
 occupauit, ac præsidio suo, imposito munivit: Orato-  
 rium S. Thomæ quod ibi Francorum Rex Dagobertus  
 construxerat, diruit: Clerum vniuersum vel in-  
 terfecit vel exturbauit. Hinc factū est, quod S. Vig-  
 bertus ibi fructum nullum facere potuerit: Etsi enim  
 & Religionis fautores & consanguineos ibi repelle-  
 rit, nemo tamen illi palam aures præbere ausus  
 fuit, metu crudelitatis Tyrannicæ: Biennio igitur il-  
 lic ob has causas frustra consumpto Vigbertus Frisia  
 relicta in Anglia reuersus est anno Christi 690. Rad-  
 bodi Regis octauo. Cuius querelis auditus pius pater  
 Egbertus ut essent ad messem suppetentem operari  
 sufficiētes, supradictos duodecim Apostolos sine mo-  
 ra congregauit, & eodem anno 690. in Frisiā mi-  
 sit, inter quos cum & ipse Vigbertus esset, is Willi-  
 brordō deinceps assiduum itinerum ac laborum co-  
 mitem se prabuit, donec in Fostelandia tandem ab  
 ipso Radbodo crudelissime imperfectus martyrii co-  
 ronam acciperet. Floruit igitur hic Vigbertus sub

Annō Chri-  
sti.

Anno Chri-  
sti.

690

Frisiorum Rege Radbodo eius nominis primo sicut  
 & ceteri eius socij omnes, quorum annos mortis pro-  
 prius hic non assignabimus, quos in historia Ecclesiasti-  
 ca diligenter definemus: Hic enim sufficiunt eos eodem  
 floruisse tempore sub Rege Radbodo eius nominis pri-  
 mo qui regnauit annis quinquaginta, quorum ultimus  
 incidit in annum Christi 723. De hoc Vigberto  
 vide Bedam Tom. 7. inter sermones de Sanctis: Angli  
 scriptores non tradunt eum quicquam scripsisse. No-  
 stri tamen allegant quod scripserit peregrinationem  
 suam.

Item de crudelitate Rabdodi Regis.

### 5. S. VILLIBRORDVS.

**S**ANCTVS Villibrordus, qui & clemens Prin-  
 ceps inter Anglos Doctores hosce, primus Episco-  
 pus Utraicenus fuit, de qua plura in Historia eccl-  
 esistica nostra. Hic eius scripta recensemus, ut no-  
 bis constet in historijs ordo seriesq; scriptorum, quo-  
 rum testimonij vtimur scripsisse enim Angli Scri-  
 ptores afferunt.

Homiliae & epistolas plures

Ecclesiasticos canones lib. 1.

De sua peregrinatione lib. 1.

Inter scriptores nostros unus M. Aluinus Suecanus  
 de quo infra suo loco dicetur, tradit eni sui seculi res  
 gestas, & vitam suam diligenter conscripsisse, eum  
 que librum Romae diu afferuatum in templo Frisi-  
 orum, quod situ iam ob vetustatem fere consumptum  
 describirur sum diligenter & ornatu magnifico de-  
 corari iussit Imperator Rodolphus eius nominis,  
 primus in gratiam gentis Frisonice, cui & ipse ori-  
 genem

DECAS QVARTA.

23

*ginem suam ex stirpe materna debuerit: Quem qui-  
dem librū postea inde epternacū esse translatum ali-  
unde cognouimus: Cui ad stipulari videtur etiam Cas-  
parus Bruschius vt latius in Historia Ecclesiastica  
dicemus in vita S. Villibordi: Floruit cū cateris sub  
eodem Rege Radbodo.*

Anno Chri-  
sti.

6. S. SVITBERTVS.

**S**ANCTVS Svitbertus, comes & coadiutor San-  
cti Villibrovdī fuit: qui paternum genus ex An-  
gle, maternum ex Frisorum Regibus duxit, de quo  
latius in Historia nostra Ecclesiastica dicemus: apud  
Anglicos scriptores hunc aliquid scripsisse non compo-  
rio, apud Cappidum nostrum citamur eius peregrina-  
tiones, & epistola: huius vitam diligenter descri-  
psit Sanctus Marcellinus, de quo infra mox agetur:  
Floruit vna cum cateris sub Rege Radbodo.

690.

7. S. ACCAS.

**S**ANCTVS Accas itidem conterraneus & co-  
mes Sancti Villibrodi fuit, cum quo in Frisia con-  
uertenda sedulo laborauit, vt in Historia Ecclesiasti-  
ca latius declarabimus. Floruit & hic sub eodem Re-  
ge Radbodo: Scripta eius hactenus nulla comperio:  
Vide Bedam lib. 5. cap. 21. Eccle. Hist.

69α

8. S. VILLIBALDV S.

**S**ANCTVS Villibaldus in eodem comitatu so-  
cius Sancti Villibrodi primus Eichstetensis Epis-  
copus: De quo plura in Historia nostra Ecclesiastica.  
Floruit sub eodem Radbodo Rege, ille scripsit vt An-  
glici scriptores referunt cum alia quadam, tum etiā

69.

## DE Scriptoribus Frisiae

Vitam S. Bonifatij Episcopi lib. 1.

Vitam Valburga sororis. lib. 1.

Epistolas ad Monachos. lib. 1.

## 9. S. VNIBOLDVS.

**690.** SANCTVS Vniboldus frater supradicti Villibaldi, itēmaue Comes S. Villibordi primus Abbas fuit Heidelamensis, floruitq; sub eodem Rege Radbodo, de scriptis eius nihil hactenus comperio.

## 10. S. LEBVINVS.

**690.** SANCTVS Lebuinus in eadem societate cum S. Villibrordo fuit, & sub eodem Rege Radbodo flouruit: & Dauentriēsum potissimum apostolus fuit, vt latius in historia Ecclesiastica nostra declarabimus. Ad hunc extat carmen S. Ledgeri, ipse Lebuinus an aliquid scripsit hactenus comparatum non habemus.

## DECAS QUINTA.

1. S. EVALDVS ALBVVS, ET  
S. EVALDVS NIGER.

**690:** SANCTVS Eualdus albus, qui capillitij colore distingui: ur à nigro, vna cum Ealdo nigro S. Villibrordū ex Anglia secutus est Simul autē in partibus Dubantia & Drenie verbum Domini annunciarunt, vbi & Martyrio coronati sunt, floueruntq; sub eodem Rege Radbodo: De scriptis eorum nihil comperio. Cetera dicturi sumus in historia Ecclesiastica, multa de his Valnerus Roleuink in opere de laudibus Vesphaliae sive antiquis Saxonie.

## 2. S. VERENFRIDVS.

**690.** SANCTVS Verenfridus Presbyter & Confessor, cum ceteris B. Villibrordum ex Anglia in Frisiā comita-

Anno Chriſtiani  
Sti.

comitatus est. Is verbum Domini potissimum pre-dicauit, primum apud Medenblicum, & Dorestadiūm. Deinde in Elſte & Vestervoert, qui loci sunt in Geldria. Floruit sub eodem Rege Radbodo. Descrip-tis eius nihil hactenus comperio.

## 3. S. MARCELLINVS.

**S**ANCTVS Marcellinus qui & Marchelmus à quibusdam dicitur, vna cum supradictis ex Anglia. S. Villibrordum in Frisiā comitatus est, cunctisq; sodalibus suis superstes fuit vīpote quem S. Ludgerus testatur ultra septuaginta annos Frisiā Euangeliū prædicasse, maxime in partibus Trans-sulanis, Trenta, Tventa, Oudenseel & Dauentria. Floruit igitur sub eodem Rege Radbodo ac deinceps. Descriptis eius hęc inueniuntur hactenus.

Vita S. Svitberti. De Tyrānide Radbodi Regis.

Epistola diuersa. Conciones variae.

Et quedam alia, quæ non pereque celebrata sunt.

## 4. S. ADALBERTVS.

**S**ADALBERTVS, & ipse inter supradictos S. Villibrordum ex Anglia in Frisiā comitatus est, primus fuit Ultraiectinae sedis Archidiaconus constitutus: qui postquam strenue verbum Domini propugnasset tranquille in Domino obdormiuit, & sepultus est Egmonda, in Kenemaria Hollandia: & cum reliquis floruit sub eodem Rege Radbodo: Descriptis eius nihil hactenus comperio.

Horum igitur duodecem Apostolorum Frisiæ scripta quatenus ea reperire posuimus hic ordine adnotare placuit ut series temporum sub Regibus deinceps distincta habeatur. De Doctoribus ipsis plenius

Anno Christi dicturi sumus in historia Ecclesiastica ubi vitam & res gestas eorum ex professo tradituri sumus.

## 5. S. VULFRANNVS.

700. SANCTVS Vulfrannus Episcopus Senonensis & Confessor in Frisiorum conuersione cooperator S. Willibrordo à Francorum Rege anno Christi septuaginta nono missus est, multa egregia in profliganda gentilium Idolatria miracula præstidit: ut laius ducemus in Historia nostra Ecclesiastica: Scripsit quas nostri alligant.

Epistolas diuersas. & quædam alia: Floruit sub Radbodo primo circa annum Christ. 700.

## 710. 6. ONNO FONTANELLVS.

ONNO siue vt alijs vocant Ouno, Frisius fuit, de nobili stirpe natus, qui cur secundum Veteres Frisiorum leges sorte postulante Dijs involandus esset, suspensus fuit S. tandem Vulfranni precibus saluatus fuit, à quo proinde ad Christianam fidem conuersus monasticam vitam sectatus in monasterio Fontanellæ, vnde Fontanelli cognomen accepit. Hic scripsit que nostri allegant.

De visione Radbodi Regis:

De horrenda eiusdem Regis morte:

Floruit sub eodem Radbodo, circa annum septuagesimum decimum, de quo plura in Historia nostra Ecclesiastica.

## 7. DOVVO FORTEMAN.

themius singularis eruditionis & peritie in car-  
mine & oratione edidit nonnulla inter quae extat eius.

Elegiae cultæ.

Et quedam epigrammata.

Et alia plura, quæ ad posteritatem ventura sunt,  
Hec Trithemius: qui addit eum sua etate, cum ista  
de eo scriberet adhuc viuere sub Maximilano primo  
scilicet anno Domini, 1494. Fuit autem professione  
Medicus hic Theodoricus, & vt quidam afferunt,  
collegam, vt quidam dicunt successorum habuit lo-  
annem Cuspinianum in curatione supradicti Impe-  
ratoris. Certe Celtes protucus Poëta laureatus te-  
statur Maximil. Cas. esse secutum. Vide carmen eius  
supra in Adolpho Ocone. Scripsit autem Theodoricus  
preter supradicta, libros duos de Pharmacadi com-  
probata ratione carminibus, 312. Absolutos, Nori-  
bergæ impressos anno, 1596. eisdem scholia adierit  
Georgius pictorius Villinganus: floruit ea etate quæ  
affignauit Trithemius.

1494.

## 8. FOLKERVS Simonis.

F olkerus Simonis Snece natus & ibidem educa-  
tus & institutus, primū Rector Scholæ constitu-  
tus & tandem Consul vrbs creatus est. Is scripsit  
Chronicō Frisiæ sermone lattino, & vixit circa annū  
Domini. 1496. vt ad me scripsit nobilissimus Vir Leo  
Beima literis ex Altaromo ad me Louaniū datis pri-  
die Calendas Maij anno. 1574. quod tamen morte

Anno Chri-  
sti. praeuentus ille ad me mittere ut pollicitus erat non  
potuit nec ego eo mortuo aliunde vnuquam consequi  
potui. Citatur hic author in supplemento Germanico  
1496. ad Vorperum de Rijnsina Geest ad annum. 1496.

## 9. HARINGVS Sifridi Synnama.

**H**aringus Sifridi Synnama: nobilibus Parentibus  
natus est in Hagis Frisiae qui Pagus est Tetrato-  
rij Vinbritserani prope Suecam: Recte autem dicit  
Ioannes Trithemius hunc auctorem natum esse Ha-  
gis Frisiae ad differentiam Hagarum Hollandiae, Co-  
mites enim Hollandorum, vt in ipsa Hollandia ita  
etiam in Frisia pagum habuerunt cum in Frisia do-  
minarentur, quem Hagas appellant, & aula sua  
curiaq, ob amoenitatem oportunitatemq, loci deeora-  
runt: Quas autem Hagas Hollandi easdem Hegas  
dialecto sua Frisij app llant, in quibus adhuc extant  
ruinæ veteres, quæ priscam comitum sedem illic fu-  
isse arguunt, in qua vel eorum fratres vel prefecti  
versabantur, vt in officio Frisios continerent. Vnde  
porro Haga dicuntur & quæ sit huius nominis ety-  
mologia origo ac vis, in descriptione Frisiae cum ad  
hunc pagum peruentum erit diligentius explicabi-  
mus: Eulogium huius viri studiosus videat apud Io-  
annem Trithemium, qui ait eum Coloniae, vulgo Her-  
mannum fuisse appellatum. Est enim Hermanni  
nomen apud Colonenses frequentius ob Viciniorem  
Vesphaliam: Fuit autem Haringus hic noster cele-  
berrimus V. I. Doctor qui professionem publicam  
V. I. Hic habuit quam ante eum Petrus Raunennas,  
& post eum Ioannes Oldendorpius, & Georgius Vi-  
niensis, & nos deinde obiuimus hacenus: Fuit ob  
singula-

singularem prudentiam quam in consultationibus declarauit resignata professione vicinis principibus rebusq; Publ. per quam gratus, vt & ipsi Imperatori Maximiliano primo: In supplémento Vorperi Rynsma Geest, Video nostrates huius opera maxime fuisse usos eo tempore cum coram Imperatore controuer-  
sia ipsis esset cum Gruninganis, de iurisdictione &  
regalibus: Scripsit ea quæ recēset Trithemius qui ta-  
men singulis toto Iuris corpore singulos titulorum li-  
bros metitur & totidem expositionum libros illi ad-  
scribit, quod sunt in iuuenio corpore tituli, quod &  
Bibliothecæ postea secutæ sunt. In opere autem quod  
nos excusum vidimus frontispiciū simpliciter hoc est:  
Expositiones siue declarationes titulorum viiusque  
Iuris. Versa deinde pagina titulus hic habetur, expo-  
sitiones siue declarationes titulorum V. I. cum con-  
tinuatione secundum mentem Glossæ & Doct. & ali-  
quali ac compendioso intellectu nigri: adiunctis extra-  
uagantibus, de pace scilicet constantia, & alijs Con-  
stitutionibus Frederici-2. Henrici septimi. Caroli. 4.  
sub aurea bella ac etiā Fredrici. 3. Imperatoris. Col-  
lectæ per egregium Virum M. Haringum Sifridi Syn-  
nama, de Hagis Frisia Pontificij ac Cæsarei Iuris  
Doctorem in florentissimâ Vmueritate Colonienſi  
ad profectum cupientimm in Iure habere notitiam:  
Excusum est hoc opus in folio Coloniae per Ioannem  
Roeloff Lube: ensem anno. 1400. Scripsit preter hoc  
opus & alia quedam teste Trithemio, sed quæ nos  
hactenus videre non potuimus: Docuit autem in hac  
vniuersitate cum magna gratia cum ad Iuris expli-  
cationem adferret subsidia logicarū artium & max-

Anno Christi  
A.D.

xime lumē Dialectices quo pralucet illis qui Methodi  
studiosi sunt sicuti exemplo eius manifeste declara-  
mus primo libro Methodi Iustinianae, quam breui  
in lucem dabimus: Floruit Auctor ut supra dictum  
est circa annum Christi 1494.

## 10. VICENTINVS Frisius.

**V**icentinus Frisius V.I.C. Auorum nostrorum  
estate insignis fuit, & scripsit in Iure quæ pro-  
bata sunt ab eruditis Quamquam an hactenus ali-  
quid eorū Typis excusū sit, equidem nondum cōperi:  
Alciatus certè eum in p̄rælectionibus suis frequenter  
allegare solet: Quod in epistola quadam familiarī  
ad consultissimum V.I. Doctorem, & supremæ Cu-  
rie in Frisia nostra, multis annis iam primarium co-  
lunen Dominum Gisbertum ab Arnsma nobilissimus  
vir Ioannes Iacobus à Cost Tirolensis Ticino. 12. Ca-  
lendas Ianuarij anno 1549. data testatur, hisce ver-  
bis. Alciatus noster (inquit) doctissimè & acutissimè  
docet. Applicat dicta Dd. ad verba texius eaq; in Cō-  
clusiones siue Regulas cum suis limitationibus redi-  
gitur. Post lectionem omnia p̄dicta ipsemē dictat.  
Declarauit hactenus L 1. 1. Respon. &c. si quis ita.  
De verb oblig. Fac me certiorem, quid Gribaldus le-  
gerit, & an nouum aliquē intellectum dederit: Alcia-  
tus mirabilis Dd. allegat, quos r̄ unquam audiui no-  
minari, & præsertim Vincentinum Frisium: Placet  
tibi vtique Frisios tuos à doctissimis viris allegari  
&c. Plura de hoc auctore non inueni quem & conij-  
cio potius quam scio floruisse circa annum Christi  
1494.

## DECAS NONA.

1. M. Petrus ab Aucama.

**M**. Petrus ab Aucama cognomine Punkertus V.  
 I.C. Leouardiensis patriæ suæ Gubernator per  
 multos annos fuit eo munere funditus, quo Oderman-  
 ni, hoc est Seniores in Repub. solent, qui cum tempore  
 Anarchie in medium flammam Frisonicæ factionis  
 incidisset, consilio suo, quando pacem inter partes, ut  
 studebat, conciliare non potuit, ciues suos aduersus  
 hostium insultus saepius ratus est: Quia de causa c: m  
 & suis gratissimus, & hostibus maximè formidabilis  
 esset, anno 1487. Leonardia per Schiringos capta cru-  
 deliter trucidatus est, salutare consilium suis dede-  
 rat si ob imperatorem ipsi voluissent, quo facile arcere  
 periculum à cervicibus suis tunc potuissent, ut in An-  
 nalibus nostris suo loco plenius dicturi sumus: Sunt  
 qui eum in membris patriæ foriiter dimicantem oc-  
 cubuisse tradant, quod & Andreas Cornelius innue-  
 re videtur. Sunt qui capta ciuitate apprehensum  
 ab hostibus postquam confessionem sacram dixisset  
 supplicio capitali affectū asserant, quibus astipulatur  
 in historijs suis Thaboritæ, nobis pueris à semibus per-  
 suasus fuit, enī à ciuibus desperatis rebus ex membris  
 abreptum, & saluandi gratia abditum fuisse in ar-  
 ce Kempemanā, quæ angularis domus est, & opposi-  
 tū habet à fronte cōvētum monialium Senensium, &  
 à Septentrionali latere contiguū cœmiteriū S. Marie  
 in Aula noua, & ab inuidis proditū ibidē in tabulato  
 in ipso furore hostiū trucidatū. Meminimus certè nos  
 eo loci vidisse manifesta vestigia sanguinis humani,

qui

Anno Chri. qui & Pinckerti diceretur illic interficti. Hostes autem capta ciuitate infestis animis toto oppido pincker tu vestigabit, de medio tolleundū esse vociferates illū virum cui sapientia par esse nemo posset: Magis doluit ciuitas huius Viri mortem, quā calamitate publi cā quod hoc orbata tanquam pupilla hereret absq; tuto: Primus ille crescentem ciuitatem vallo cinxerat, vt ab hostiū assultu tutam redderet, quibus ante apagi instar patebat. Quod si fossam saltem absoluere ab omni parte potuisset, quam Ciuitati circumducere coepерat. Ciuium strenuitas, quam etiam hostis laudauit, periculum arcere facillime potuisset. Posteritatem reliquit se dignam, & quæ nmutiquam degenerans sed vestigjs illius fortiter insistens tum virtute tum eruditione patriæ suæ ornamento in praesentem usque diem semper fait. Quam quidem vniuersam hic explicare cum in plures ramos arbor se diffuderit, operosius fuerit quam ut huic instituto nostro conueniat. Partem tamen eius unam si hic proponam, quæ & authorem hunc nostrum illustret, & alijs explicandis lucem adferat, putq neminem fore qui mihi vitio vertendum putet ut omittā merim Ciuitati honorificum esse si Ciuium iusta laus exteris innoscet, & vnicuique fore iucundum cognoscere, quod consanguineos habeat laudatos. Fuit autem circa annum Christi, 1439. Leonardus vir egregius, Sibrandus Petri ab Aucama, qui ex legitima Vxore Luca à Donia suscepit plures libros, quorum tres tantum nos hic reliquis in praesens omisis, breuitatis ergo ponemus: Sibyllam scilicet Ioannem, & hunc nostrum M. Petrum: Sibylla ex marito suo sustulit,

M. Sibran-

Anne Ch<sup>o</sup>  
sii.

M. Sibrandum, ex quo Iacobus Sibrandi, qui consul  
Vrbis Leouardiensis nostra memoria diu fuit, is pro-  
creauit ex Helena vxore sua filium Sibrandum, &  
filias duas Anskiam & Helenam: Porro autem Ioan-  
nes procreauit filium vnum Petrum, qui sine liberis  
obiit, vir diues & magna authoritatis, & filias duas  
ex quarum altera, cuius nomen iam non occurrit,  
natus est Vilhelmus Canterus, ex quo Doctor Lam-  
bertus C<sup>a</sup>terus, ex quo Vilhelmus & Theodorus, q.  
scriptis suis patriam & auitam terram insigniter il-  
lustrarunt ut infra in Cantero latius patebit. Altera  
filia cui Tita nomen fuit, nati sunt M. Petrus Simonis,  
Ioannes Simonis, & Anskia: M. Petrus Simonis  
V. I. Licentia<sup>s</sup> & aduocatus in suprema curia fuit.  
reliquit filias duas Aucam clarissimo V. I. cōsulto. D.  
Hieronymo Verrutio nuptam, & Catharinā nuptam  
præstantissimo viro Petro à longama: Ioannes autem  
Simonis filios duos reliquit & filias: ex Anskia deniq<sup>z</sup>  
Tita filia fuerunt filij duo Gisbertus, ex quo filia. 4.  
& M. Aesgo V. I. L. & vrbis Leouardiensis consul  
absq<sup>z</sup> liberis defunctus: fuit & vna filia Aleidis vxor  
Hermannī Feltens consulis vrbis Leouardiana: Post-  
remo M. Petrus hic noster ex Hissia Ringie vxore sua  
procreauit filium vnum nomine Petrum & vnam  
filiam nomine Aucam: Petrus auiem vxorem duxit  
Idam Hopperam Tadai Hopperi filiam, qua amita  
C. L. Viri Ioachimi Hopperi fuit. ex ea procuravit fi-  
lias duas Hissiam & Reinskiam: Hissia nupsit præ-  
stantiss. V. I. consulto Hildebrando Brygirs suprema  
Curia Frisonica apud Leouardiā aduocato, quo sine  
liberis defuncto, nupsit egregio viro M. Hermanno

Arnts,

Anno Chri-  
sti.

Aryns, itidem V.I. Consulto, eiusdemque curiae Aduo-  
cato, ac demum Leouardiana vrlis Consuli: ex quo  
peperit vnam filiam Annam, quæ nifallor cœlibem vi-  
tam hactenus ducit: Reniska autē altera Petri filia-  
nupsit prudentissimo viro M. Ioāni Buygirs Hildebrā  
dfratri; qui & ipse V.I. Consul tus, & eiusdem curia  
Aduocatus, insuper Territorij Leouardiani Iuridi-  
cus, siue, vt populariter apud nos loquimur, Greet-  
mannus fuit: Ex eo peperit filium vnum & filias  
duas: filius, vir præstansissimus Petrus Buygirs Iuri-  
dicus siue Greetmannus Territorij Vinbritheradelei,  
adhuc in viuis agit, & Reipub. in parte sibi commissa  
officium diligenter facit Filia Remskia natu maior  
Bauca Buygirs nupsit nobilissimo viro ac Domino  
Occoni à Gratinga, quo sine libris defuncto, nupsit  
amplissimo viro Hectori ab Ayta, qui Vigiliū Zuichen-  
ini ex fratre nepos doct. V.I. & Supremæ curia Friso-  
nia Consiliarius fuit, & à pairuo per testamentū Do-  
minij Zuchemani de laratus hæres: ex quo filiu vnu-  
peperit Vigiliū Zuicheniū hoc marito defuncto, nu-  
psit amplissimo viro Doctori Iacobo Bouricio Doc-  
comensi, V.I. Consul to, & in suprema Frisie curia  
ciuilium causarum patrono disertissimo: cum quo ho-  
die superstite superstes viuit: Ida denique soror eius  
nupsit excellens. V.I. Doctori Theodoro Tiaro. Iti-  
dens supremæ curia Aduocato: Reinskia deniq; prio-  
ri marito M. Ioāni Buygirs defuncto, nupsit excellens-  
simo V.I. Consul to, M. Sabino à Vissema, ex quo pe-  
perit filium vnum Ioannem à Vissema: Restat Auca  
M. Petri nostri ex filio Petro neptis. Haec nupta nobis-  
simo viro Kemponi à Donia tres libros reliquit,  
Ioannem, Petrum, & Sytiam: Ioannes à donia Kem-

ponis filius reliquit filia Aucam, & ex ea neptē quoque Aucam, quam in vxorem duxit vir nobilissimus Feddo ab Haerda: Petrus à Donia Kemponis filius reliquit filium Franciscum, hic Franciscus à Donia reliquit filium Kemponem, & filiam Catharinam, quæ nupsit nobilissimo excellentissimoque viro Sibrando à Caminga: Sitia denique monialis & Abbatista fuit Virginum in Bethlehem: Cui nos debemus eas, quas recepimus aui nostri reliquias histericas, de quibus supra diximus in Suffrido Rodolpho: Hac de liberis M. Petri Aucamani nostri, quibus ille patriā suā ornavit: Agamus iam de libris eius quorū ipsum nomine celebramus, qui si in lucem peruenire potuissent, non minus ornamenti ex his quam ex illis ad Remp. Leouardiensem redundaturū fuisset: Quare dolendum est eos vsque adeo fuisse supressos ab extraneis, vt amici eius consuli negent sibi de his quicquam constare. Nobis pueris praeceptor noster Dn. M. Cornelius Colebertus Buscoducensis, cum supra dictam illam Arcem Kempemanam vacuam aliquam diu conduxisset ac discipulos quos priuatim instituebat, in ea doceret, occasione sanguinis istiusquē illic cōspici supra diximus historiā huius authoris ex relatu senum oppidanorū qui meminerat nobis inculcavat, & scripta quedam ostendebat, tū in Iure, tum etiā in alijs disciplinis, & maximè in historijs Patriæ quæ ab hoc auctore elaborata asserebat: Coleberti de functi monumenta omnia litteraria in quibus & hac fuisse arbitramur ex fidei commisso eius peruenisse intellectimus ad manus D. Anthoniij Del'vaille, cōsiliarij, tum tēporis Regij in suprema Frisiae curia:

Quod

Anno Chri-  
sti.  
1490.

Quod ideo dico ut inquire & inuestigari queat: Vi-  
xit author circa annum Christi. 1490.

2. PETRVS Poetinus.

PETRVS Poetinus à Bentzna ex nobli familia  
Staurianatus fuit, qui literis vt istud saculū fere-  
bat, medicoriter excultus, non insimo loco in Patria  
habitus esse videtur, Pastor fuit in Boxemo, qui pa-  
gus est Leouardiae ad occidentem proximus: Vixit  
eodem tempore quo Petrus ab Aucama de quo dixi-  
mus. Cui etiam nō satis aquus fuisse videtur, cum illi  
interfecto scriptis suis insultauerit: Prætextum dissi-  
dij cum antea amici essent vt cumq; iustum prætendit  
sed vera interim causa fuit fastionis diuersitas, vt ex  
ipsius oratione facile suboleat, ijs, qui sunt naris non  
prorsus obese: Feruebant ea tempestate in Frisia fa-  
Factio Schi-  
ringorum  
& Vetcoper-  
orum.ctiones Vetcoperorum & Schiringorum, & Poetin-  
nus Schiringis, Aucamanus Vetcoperis addictus fuit:  
Hinc igitur veteris amicitia repudium inter viros  
etiam eos qui in politiæ atq; acclesiæ publica gubernatione  
principes habebantur: Patent fortasse, qui  
vocabula factiosis ignorant, digna aliquam dissidij  
causam factiosis extitisse, cū non temere viri cordati  
amicis mimicitiā denunciare soleant: Quare vt rem  
lector intelligat, cuius & hic & alibi crebra mentio  
nobis facienda est, horum duorum occasione paucis  
eam hic explicabimus: Itaq; sciendum est, lingua Fri-  
sica Vetcopers, & à nobis hic Vetcoperos dici eos  
proprie mercatores qui emunt ac vendunt pingues  
Boues. Quod mercatura genus honestum, ac splendi-  
dum Schiringen vero, quos nos Schiringos appellamus,  
eos proprie mercatores dici, quos hic Coloniæ  
appella-

appellamus Coismengers: Qui Lacte's sive Lacticinia hoc est boum & aliorum animalium intestina & alia viscera, itemque pedes & capita ad culinam preparat ac vendunt, quod mercaturae genus est sordidum ac vile: Dicuntur autem Schiringi et frasifrisica à vocabulo patrois schieden, quod Belgice per Metathesin Diphongi dicitur scheijden, & significat separare: Separant enim Schiringi, quae in animalium visceribus mensa humanae preparandis separanda sunt, sanguinem scilicet à carnibus, & excrementa ab intestinis, & adipem ab virisq;: Hinc schielmoer frisi dicunt adipem sic separatum & schieders separatores, quos & schiederum communiter & apud Orientales Frisios unde factio hæc orta est schiederingen, & per eclipsis in schiringen dicuntur, eodem modo quo ex schiedingen schingen dictus est pagus prope franekeram qui tanquam limes controversos pagos separat: Errant enim etiam apud nos quidam eruditii qui putant Schiringos dici à colore eo, quem Barbari griseum, nostræ Schier appellant ob id quod schiere muynizen griseos monachos appellat vulgus, & constat etiam monachos huius coloris fuisse factionis Schiringana. Nam & alijs monachi qui huius coloris non erant, hanc factionem sectati sunt. Et si hæc significatione Siringos accipias nulla erit horum ad Vetcoperos relatio ex comparatione mercaturæ ex qua tamenè factionis vis omnis pendet: Hæc enim contentio omnis inter mercatores istos erat, ut armis decernerent penes quos prærogativa dignitatis esse deberet: Mibi aliquando originem huius insaniae persecutanti responsum fuit eam contagio quodam in Occidentalem Frisiam ex

anno Chri  
Orientali permanasse: ibi⁹ initia sumpsisse ex causa  
huiusmodi: Cum enim more maiorū in epulo quodā  
publico eligendus esset prefectus, quē nostrates Sede  
nārdū Graci vōmo φύλαχα, Latini Regē cōuiuū dicūt,  
qui nūssu suo cōuiuas gubernaret, ne qnid inter pocu  
la præsenti cœtu indignū committerent, adfuisse tum  
inter ceteros ibi qui eximij videbātur præcipue merca  
tores duos, pares quidem alioqui opibus, auctoritate  
& gratia apud coniuas, sed mercaturæ genere dis  
crepantes. Cum eorum alter Bubus, alter Boum vis  
ceribus mercandis quæstum faceret: Et cum proinde  
nemo non clamaret Regie maiestatis sublimitatē me  
rito penes digniorem esse debere, gliscere cœpit con  
tentio de dignitate mercaturæ, alijs Vercoperos, alijs  
Schiringos præferentibus, Cūq; ea contentio irritatus  
diutius partium animis paulatim cresceret et tandem  
euasi ut ad manus veniretur, & coniuæ nihil o cle  
mentius inter se agerent quam centauri olim ac lapi  
thæ. Itaque multis ibi trucidatis, pluribus vulneratis  
omnibus mutua contumelia affectis, cū nulli non esset  
gratissima tun⁹ sui tum suorum vindicta natā esse fa  
ctionem hanc inter partes, quibus discernēdis merca  
tura discrepantis nomina indiderunt: Quocirca cum  
istis primū amicos ac propinquos suos vlciscendi gra  
tia, & tandem eti⁹ in extraneos in auxilium vocarūt  
serpsit cancer latius, & ceperūt se immiscere multi  
non spe vindictæ, quia nec ipsi laſi erant, nec laſis atti  
nebant, sed spe præda, quia oppressis legibus factionis  
titulo hosti extorquere & auferre licebat, q̄ poterat:  
Iura enim, vti tunc loquebantur, ducebāt ex vaginis,  
& sententias ferebant gladijs percussorijs, vbi qui  
fortior

fortior esset pro illo facultas erat. Huius igitur factio  
nis hac origo hic fructus fuit, nec ea intra priuatorū in  
iurias stetit, sed etiam familias, pagos, ciuitates, imo  
provincias integras in ruinā traxit, ita ut furtis rapi-  
ni, cædibus, larocinijs, omnia prophana ac sacra mis-  
ceretur, ut merito exclamare potuerit poëta: Pellitur  
è medio sapiētia, vigeritur res, nec enim vel hospes ab  
hospite, nec sacer a genero tutus tū erat. & planè quo-  
que fratrū gratiarara erat: consimilis etiā rabies e-  
adem fere tempestate Hollandos inuaserat inter pa-  
narios & casearios, cū iſti panē hi caseū dignorē aſce-  
rēt. Nec diſsimilis ea apud eos de infania fuit inter A-  
ſellatos & Hamatos quorū illi Asellū Piscē, hic hamū  
quo pisces capitur præstatiore esse cōtenderēt: sane qui  
de lana caprina aut de asini vimbrā litigunt vulgaris  
prouerbio stultitiae arguuntur, & iſtos homines qui  
in Ecclesiæ gubernatione erant, non puduit contendere  
tanta cum acerbitate de vocabulis in manib⁹ & ad  
ſe nihil pertinentibus: Habentur autem quædam hu-  
ius Poëtini opera manu scripta, sed nulla hactenus  
quod equidem ſciam in lucem prodierunt. Ideoq; ro-  
gandi sunt ad quos hereditas eius peruenit, ut Patria  
& huius Auctoris honori consulant, & cum posterita  
re communiuent, qui non alio fine ea elaborauit, quā  
vi sui ſeculi conditionē posteritati declararet. Vixit 1490.  
auctor circa annum Domini 1490.

## 3. Edo à longama.

**E**DO à longama vir nobilis eruditione ac pruden-  
tia conspicuus, & authoritate potest, habitus fuit  
inter ſuos getiles in primis: habuitq; Arcē nō ignobilē  
in Rauerdia: De quo plurib⁹ agemus in Annal. nostris  
ſuo loco. hic in occaſione in ſcriptorum eius dunt axat

**Anno Chri-** iudicabimus. Hic autem eo saculo quo supradicta  
**ai.** Vt coperorū & Schiringorum factio patriam lace-  
raret consilio suo ad pacem & reconciliationem par-  
tes semper hortatus fuit. Et postquam factio altera  
vindicta sua gratia Alberti Ducis Saxonis auxilium  
implorasset, & is adueniens in Bosuerdiam exerci-  
tum praesidio suis immisisset anno 1498. Ordines Ve-  
strachia in vrbe Snetana congregati hunc Edonem  
veluti maxime accommodatum legatum miserunt  
Leouardiam ad Magistratum, & Praefectum Gru-  
ninganorum qui tunc illic agebat, & aliquam Frisiae  
partem sibi obstrictam tenebat, petentes ut Grünin-  
gani memores icti foederis opem ferrent laborant  
ac periclitanti patria aduersus ingruentem commu-  
nem hostem Saxonem. Sed cum Edo re non impe-  
rrata reuersus esset, conuentus ille Snetanus dissolu-  
tus est, cum plurimorum periculo atque exitio: Edo  
igitur praecedentis istius & subsequentis huic belli  
tempore, res in Frisia gestas ad etatem usque suam  
diligenter conscripsit, quas mihi tamen haec tenus ne-  
que excusas neq; manuscriptas videre contigit: Alle-  
gantur in supplemento Vorperi Thaboriae ad annum  
1494 & 1498 quare rogādi sunt gentiles eius, vt si  
superstites eas penes se habēt dignētur eas publicare  
& impartiri patriæ. Vnde honor familia sue, & sibi  
1500. gratia accedat: Vixit auctor circa annum 1500.

#### 4. Augustinus Dodo.

**A**ugustinus Dodo patria Frisius fuit, is patre Do-  
done natus postquam in Triuialibus literis excul-  
tus esset, maioris profectus gratia Basileam se coniu-  
lit, & cum in Theologia se potissimum contineret, Ec-  
clesiasticam

clericasticam vitam duxit: Itaque ibidem Canonicus ad S. Leonardum constitutus opera D. Augustini primus a tineis ac blattis vendicare, & in lucem eruere cœpit. Vtq[ue] opus hoc maiori cum fructu in publicum prodiret, in singula opuscula parabat argumenta & censuras summa cuncta diligentia nec minori iudicio cum in sacris literis exercitatiissimus esset: Sed ut res humanae sunt editioni quam adornauerat ipse preesse non potuit: Eodem enim anno quo opus prælo subiectum erat, hoc est anno 1501. peste absumptus fuit opus nihil minus excusum ex officina Amerbachij prodit anno 1504. Meminerunt huius & Bibliothecæ. Vixit auctor circa annum 1500.

1500.

## 5. Henricus Thaborita.

**H**ENRICVS hic, quibus parentib[us], quae f[am]ilia natus sit, equidem hactenus non comperi, ipse asserit se Religiosam vitam professum esse in Thabor, quod monasterium fuit prope Smeccam Regulatum Canonicorum. In quo monasterio multos animaduertit vixisse viros, qui singulari diligentia versati sunt in conscribendis historijs patriæ, & actis eius publicis fideliter conseruandis: Hic auctor scripsit opus vastum, stylo monastico ut ea ferebat atas, quo complexus est historiam mixtam, hoc est, Ecclesiasticam simul & Politicam à nativitate Christi, usque ad annum eiusdem 1508. Collegit multa studiose & utiliter ex diuersis scriptoribus quorum tamen nomina raro allegat, ordinem sequitur armorum, quo multum lucis non suis modo sed & aliorum quoque scriptis ad fert. In rebus Frisonicis multa præclarè tradit qua alibi non facile reperias. Vnde mihi

## 72 DE Scriptoriebus Frisiae

Anno Christi  
M.

multum adiumenti adfert ad institutum meum. Codicem M.S penes me habeo, quem mihi Louanio, Coloniā utendum pro sua humanitate transmisit conteraneus & amicus meus Cl.vir ac Dn. D. Petrus Pierius de quo infra suo loco plura dicemus: Auctor hic noster vixit ut ex suprad. apparet circa annum 1510.

## 6. Hermannus Doccomiensis.

1510.

**H**ermannus Doccomiensis Doccomij honestissimus parentibus natus & in literis humanieribus deinde in sacra Theologia feliciter versatus, natura & instructione eloquens, cu sacris iniciatus esset, Leuenda ad S. Vitum summis Pastor constituitur, quo ministerio se ecclesia talem praebevit ministrum, ut omnibus gratus ac venerabilis esset, ut pote qui non modo ritae integritate & concionū salubricate, sed & scriptorum quoq; lumine omnibus suis praere cuperet. Scripsit cum alia quædam tum etiam

In 17. priores Psalmos Davidicos commentaria.

Et cum ad 18. peruenisset in mentis alienationem incidit, unde & periret. Vixit circa annum Christi. 1514.

1514.

## 7. Idsardus Grauius.

**D**Idsardus Grauius, natus est in pago dicto Grou sine ut quidam malunt Grau, quanquam enim parum discriminis est in pronunciatione literarum a & etiam conuity locum obtingeret, si quis dicatur Grou in, quando id rusticum lingua nostra innuit. Hic autem D. Idsardus sacerdos in ea tempora incidit quibus Saxonum Duces Frisiā sibi subiugare conabantur. Itaq; cum bello tunc omnia feruerent in patria, Geldzis contra Saxones tumultuantibus ipse quietis ergo reliquo Frisia Romā cōcessit, ibidemq; aliquādiu continuo interimq; conquisiuit & secum comportati

## DECAS NONA.

71

Anno Chies  
st. 1.

patriæ antiquitatibus quas vnde cunque corradere potuit Chronicon conscripsit Frisie, incipiens ab anno Domini 763. & desinens in annum Domini 1514. Vbi que insistens vestigijs Ioannis Becani Ultraiectini, quem videtur voluisse explere exemplo Pauli Longobardi, qui Eutropium pluribus de suo admixtis extendit & ad calcem eius deinde historiam Longobarorum adiecit: Sunt autem eius generis ea quæ Idsardus Becano adiecit, ut plerique alibi non facile reperiatur. Optandumque sit ut non Becanum tantum ipsum porro ut ceperat locupletaret, sed etiam appendice porrò expleret, ut nos fecimus: sed ille morte peruentus perficere institutum suum, ut videtur non potuit: In frōtispicio operis sui memoria gratia hæc verba scripsit de priuilegiis quod illis C. Magnus dedit Rome (inquit) in quā dā antiquissima Biblioth ad S. Mariam de Minerua hæc copiā priuilegiis. ego D. Idsār. Grauius Agricola inueni: Utināq; nostrates ab hoc dignissimo indulto & priuilegio à Cār. M. ipsis concessō per occulatō eorū factōes non tam cito recebissent, & bene cū eisdē esset: Itē quia omnis potestas impatiens confortis est Frisia liberrima gentiū D. facta est tributaria D. Saxonia Ducibus. Hactenus ille, vbi planè consentit: nū clariss. viro D. D. Cyprian. Vomelio. De quo infra, copiā autē priuilegiis. Fris. de qua loquitur, elogio huic suo ibide præmisit, quā diligentī collatione facta ad amissim cō dare deprehendo, cum ea quam Ludouic. Guicciardinus ex Archiis Geldriæ in descript. Frisia exhibuit vixit hic auctor ut ex præmissis colligitur circa annum 1514. opus eius cū alijs nonnullis antiquitatibus M. S. apud me est ex dono optimi viri Cor. Kēp. de quo inf.

## 8. Ienco à Douma.

1470.

**I**enco à Douma vir primarie nobilitatis de quo plura nobis iu Amalibus nostris dicenda sunt, scripsit epitomen rerum in Frisia gestarum, quam vocat Testamentum suum: Cuius antigraphum vsibus meis ex patria huc misit ampliss. ac nobil. vir ac dominus Vpcō à Burmania, vt & alia subsidia necessaria non pauca, de quibus infra dicturi sumus. Vixit hic auctor circa annum 1515.

1515.

## 9. Ioannes à Lemmigo.

**I**OANNES à Lemmigo Cuius Gruninganus scripsit historias Frisia & Gruningia, inter factiosos tempore Anarchiae, & Rebellionis quae citantur in supplemento Vorperi Rynsageestam. Quia tamen haec tenuis excusa sint, equidem non comperi. Floruit auctor circa annum Christi 1494.

1494.

## 10. Suffridus Rodolphi.

**S**UFFRIDUS Rodolphi Sterkenburgius Bolsuerdia natus ob factiones nobilium quae ex ista cuitate originem ducebant Do. comium cominigravit. Vbi duxa vxore Iustina Petri Doccomiensis ibidem tum Consulis filia sedem fixit in Arie Sterkenburgo propè Clarum Campum, vnde & Sterkenburgius cognominaeus est. Vbi rem rustici exercuit simulq; officinas pictorum & Statuariorum fouit, quas & maiores eius longa serie Bolsuerdia fouerant. Cum autem esset ingenio viuido, & litteris humanioribus, vt tum ferebant tempora mediocriter exultus, acta conscribere, quam scribenda agere infactiosorum isto ferrore maluit: Itaque & superioris & sui saculires in Frisia gestas diligenter conquisuit, & annotauit.

1193

Iisq<sub>z</sub> coniunctis historiam gentis Frijonicæ à prima eius origine repetitam, ad sua vñq<sub>z</sub> tempora continuo filo deduxit: Sed cum absoluto opere non admodum diu superiuueret, factum est, ut posteri eius tum hoc opere tum tota etiam eius Bibliotheca, quam antiquis simis patriæ monumentis habebat instructissimam, priuati sunt, nam cum Petrus filius eius natu maximus, per etatem his tum prospicere non posset, ut pote qui tum annum decimum agebat, & adolescentiam totam extra patriam contrivit, ac vidua insuper eius ad secundavota transiret, alia aliter direpta sunt: Magna tamen librorum pars in Bethlehem (qui conueniens Monialium Pramonstratesinum inter Leouardiam & Doccinum medio fere innere extiit) deuecta fuit, ea occasione quod Gerrardus filia Suffridi in eo cōuentu monasticam vitam professura crederetur, quæ libros ibi in usum familie tutissime custodire posset. Quæ tamen ante confectum probationis annum resiliit libris omnibus ibi relictis. Itaq<sub>z</sub>, ut avus hic nequaquam sua laude fraudadus fuit, na etiam mihi est merito dolendum, tum paruns ex monumentis eius ad manus meas peruenisse, idq<sub>z</sub> ipsum lacrum ac mutilum: Fuit ille diligentissimus in texendis Regum, Ducum, Principum ac nobilium genealogijs, & originibus eorum declarandis, multaq<sub>z</sub> allegat authorum nomina quæ apud alios non facile inuenias, quæ nomina mihi magno usui fuerunt: Filias plures, Filios tres reliquit Petrum, Rodolphum, & Ioannem: Petrus mihi pater fuit, Rodolphus in albis periret, Ioannes post obitum patris, mutato nomine, Suffridus vocatus est: Is uxore ducta tres filios procreauit Suffridum, Cipconem, &

Anno Chri-  
sti. Petrum: quorum natale solum est iu Rijntsmageest:  
Mortuus est Suffridus Sterkenburgius quinquagenari  
us anno 1590. & sepultus in claro campo, quod mona-  
storum fuit ordinis Cisterciensis propre Docconium:  
Floruit igitur hic Author circa annum Christi.

1499. 1499.

## D E C A S. IO.

Hildebrandus Goffredus.

**H**ILD EBRADVS Goffredus à Doengieterpo,  
natus in Schinga, qui pagus est Territorij Mei-  
naldumani. Patrem habuit Goffredum à doengie-  
terpo eius pagi Primate: Is ab meunte etate literis  
& à natura deditus & à parentibus dedicatus fuit:  
Itaq, cum in patria tum per intestinas nobilium fa-  
ctiones oppressis legibus mera Anarchia esset & idcir-  
co minus illuc studia vigerent Suollis potissimum edu-  
catus fuit, ut in tranquillo esset: parentibus deinde vi-  
ta defunctis, cum necessarijs destitueretur, in patri-  
am è medio studiorum cursu redire coactus est: Quo  
reuersus domum direptā, fratrem vnicū, quē Habe-  
bat etate iuniorē Leberide magis nudum repperit,  
nec satis ipsi per etatē vel consilij, vel animi vel præsi-  
dijs quē fuit ad saluandum ea quæ furtis sallem ac ra-  
pinis non cedunt; Quocirca cum fundum nullum sibi  
relicuum esse putaret, nisi quē ipse sibi stabiliret indu-  
stria sua, relictis patrijs & aruitis aruis, ipse voluit  
faber esse fortune sue: Itaq, ipse coloniā se cōtulit, ubi  
diligemissimo studio Philosophia ac Theologiā secta-

## DECAS DECIMA

74

*tus fuit: Inde in Frisiā reuersus sacros ordines suscep-  
pit. & non multo post electus pastor fuit in Husemo,*

*Anno Chri-  
sti.*

*qui pagus est in Territorio Leouardiano, & Leouardia  
ad austriū proximus. Vbi & per aliquot annos cōcio-  
nibus sacrīs, & reliquis officijs ecclesiasticis, ut bonū  
pastore decuit, populum in pietate Christiana conti-  
nuū: Interim autē fratrem suum Galenum, qui mihi  
auus maternum fuit domi sue in arte Geometrica fi-  
deliter instituit. Qui deinde architectonice peritissi-  
mus fuit, & multis in Frisia munitionibus erigendis,  
præfuit: Hildebrādus autē cum ob factio[n]es quorum  
dam nobilium, quibus tum temporis cum Leouardi-  
enib[us] erant acerrimae contentione[n]es ibi tranquillitatē  
seruare nullam posset, Husemo relicto in Conueniu-  
monialium Engevirdensum data pecunia summa  
perpetuas expensas emit: vt, quod reliquum vita[e] erat  
securus in sacrarum literarum studio transigeret.*

*Itaq[ue], conuadis patriæ necessitas postularet. Consilio  
suo decesset, tamen vt se à factiosorum turbis subdu-  
ceret ibi consenescere voluit, vbi & mortuus ac se-  
pultus est anno Domini 1500. Scripsit multa qua par-  
tim in adib[us] parentum, partim in monasteriorū Bi-  
bliothece manuscripta vidimus.*

1570

*In epistola Pauli commentaria.*

*In Euangelia Dominicalia.*

*Postillam Euangelicam.*

*Vitas aliquot sanctorum Frisiæ.*

*Principia artis Geometriae.*

*Collegit etiam Statuta Episcoporū Vtrū nietinorū cā  
appens*

Anno Chri-

1500.

appendicibus suis quæ postea edita sunt suppresso loci  
temporis ac Typographi nomine quorum exemplar  
apud me vicum est, vixit auctor circa annum 1500.

## 2. HENRICVS FRISO.

**H**ENRICVS Friso Carthusiensis scripsit Chro-  
nicam sui ordinis, item librum de nouitorum in-  
structione. De vita librum unum, & multa alia, me-  
minit eius Iacobus Vitumphelingus in Epitome rerū  
Germanicarum cap. 52. qui eum sub Frederico tertio  
floruisse testatur: circa annum autem 1500. viuere  
desijt.

## 2. MARTINVS Ilstanus.

**M**artinum hunc Ilstanum sunt qui fuisse putant  
Monachum Carmelitam & habitasse in conuen-  
tu Carmelitarum qui olim Elosti fuit, & scripsisse  
eum commemorant:

Elogia & encomia Nobilium in Friesia.

Item historiam factionum sub Anarchia.

**H**anc historiam eius citat & commendat Andreas  
Cornelius ad annum Domini 1499. Vnde patet hunc  
auctorem vixisse circa annum Domini 1500. Historia  
eius nondum quidem excusa, sed M.S. tamen haberi  
in patria intellexi.

## 4. Meinardus Franekerensis.

**M**einardus Franekerensis, fuit ut accepi, Fran-  
ekerensis Ecclesie Vicarius, homo, non in doctus.  
Hic Rythmis belgicis descripsit expeditiones eas,  
quas sua memoria fecerant Gruningani, in Frisia oc-  
cidentale, quod opus suum vocavit passionem Grunin-  
ganam quam ego M. S. penes me habeo. Vixit au-  
thor circa annum Christi. 1500.

3. Hajo

**H**AIO Hermannus Erasmi Roterodami praconio nobilitatus, insigni eruditione conspicuus, & ciuili prudentia clarus extitit: fuit enim viriusq; linguae ad miraculum vsq; peritus, vt ex monumentis eius apparet, & in Iurisprudentia Doctoratū consecutus, iuuenili adhuc etate florens in consilium Caroli Quinti Imperatoris in Frisia cooptatus duxit in uxorem præstantissimam Virginem Annam Pompeij Occonis filiam cuius patruus fuerat ille Adolphus Oco de quo supra diximus: Subscribit his Henricus Pantaleon, prosopographia parte. 3. ad annum 1520. vnde plura Lector petat: Scripsit hic Author.

Epistolas aliquot ad Erasmum Roterod. quæ extant in epistolarum eius opere magno.

Ernit etiam in lucē Luciani libellum, de non facile credendis delationibus ab Rodolpho Agricola graco translatum in latinum & addita eruditissima prefatione dedicauit Dn. Erardo A Marco Episcopo Leodiensi, author vixit circa annum 1530, nec multo Diu tuis superuixit sublatus angina ut ex Epistola Alardi Amstelredami colligitur quam Ultraiecto scripsit ad Sibrandum Pompeium Occonem.

1530.

## 6. LA VRENTIVS FRISIVS.

**L**aurentius Frisius, ut ex Gesnero refert Pantaleo arte medicus fuit, qui tamē quo vel oppido vel pago natus sit, hactenus non compéri. Is autem percep̄tis in patria triualibus ad ex teras Academias se contulit & cum medecina studium præcipue sc̄larebat eius gratia non modo latina & Graciam, sed & Arabicam quoq; lingua perdidicit: His adiunxit exacta

Philo-

Anno Chri-  
stii.

philosophiae cognitionem, ut materiarum medecina rationem haberet in promptu, quibus perceptis legendō, dicendō, docendō, disputando scribendō sibi habitum artis comparavit, ita ut eruditionis opinione & felicitate successus in curationibus memoria suā pārem non habuerit; scripsit autem

Librum unum germanice de singulorum morborum curationem à capite usq; ad pedes quem sp̄culum medicinae inscripsit.

Item Synonyma materiae medicæ sive simplicium Pharmacorū Latinis, Græcis, & Arabicis vocabulis.

Extat quoque eiusdem epitome de curandis pustulis, ulceribus, & doloribus morbi Gallici: Henricus Petri excudit Basiliæ anno 1532.

Item Reginem salutis per rationem vīctus.  
Vixit Auctor circa annum Domini 1536.

### 7. Cornelius Snekis.

Cornelius Snekis natus in Indick prope Snekam ordinis Predicatoriū, conuentus Rostochiensis quodā Prior in Ducatu Megalopolitano: in magna gratia & auctoritate apud Marchiones Brādeburgenses Iohannum & Albertum fuit: Erat enim Sacra Theologia Rosto h̄j professor, & Prior prouincialis Prouinciae Saxoniae, Francie, Poloniae, & congregationis Hollandie Vicarius generalis: Itaque cum Lutheranis in ea tempestate in ducatum istum ingrueret magnus spiritus se opposuit, & concionando, docendo, disputando, scribendo Catholicorū dogmata diu iustatns est: Ad extremū cum aduersarij vim pararent, ad predictos Marchiones se contulit. In quorū defensione integro fere biennio secure egit, tandem in Frisiā reuersus post aliquot

aliquot annos obiit, sepultusq; est in chorofratrum sui ordinis Leouerdia 14. Septembris anno 1531. Scripsit autem quæ quidem hactenus comperi. Aduersus Sebastianum Pol. Lutherani dogmatis propugnatorem.

Item de Rosario B. Mariae Virginis.

Item sermones Synodales quos in diuersis ecclesiis  
Cathedralibus habuit:

Item sermones aliquot habitos in receptione no-  
uiciorum ad ordinem.

Quæ omnia in Bibliotheca Prædicatorum Leouerdia  
haberi solent. Vixit auctor circa annum 1537.

1539.

### 8. Vorperus Thaborita.

Vorperus natus in Rynsmagesta, qui pagus in fri-  
gia est in Territorio Dantumano, filius fuit cuius  
dam viri nobilis ibidem ex familia Ticeriana hic cum  
ab ineunte etate literis ac Religioni deditus esset, euas-  
sus vir in primis Religiosus ac doctus vnde sacris ini-  
tiatus pastor ecclesie patriæ constituitur: Inde maiori  
pietatis zelo coreptus ordinem Canonicorum Regu-  
larium professus est, in conuentu Thaborito prope  
Snecam, vbi multi insignes literis & Religione vni-  
fuisse in historijs Frisiorum deprehenduntur: Hic  
ignor Dominus Vorperus ob peritiam vsumque re-  
rum ium sacrarum, tum secularium, primū Supprior  
Deinde Procurator, & etiam tandem Prior Dom-  
inis huius constituitur: in qua cū alia ecclesie & reip.  
vtilia in presenti multa fecerit, tum etiam quod in  
futurum quoque posteris ex vsu foret meditatus est.  
Itaq; stylo latino non incepto patria chonicō conscripsit  
ab exordio gentis ad etatē vsq; suam continuata serie  
libris

Anno Chri-  
sti.

libris tribus quorum primus ab initio ad Carolum ma-  
gnum, secundus binc ad exordium comitum Hollan-  
diae, Tertius ad suam vsque memoriam hoc est ad an-  
num, 1538 protenditur in quibus & ordinem bonū in  
distinguendis rerum temporibus, & iudicium sumum  
declarauit iurorum ipsarum delectu ne lector ifabu-  
las obtruderet ac nugas: Sunt qui eum chronicon suum  
domi sue dum Pastor esset in Rynsageesta suis  
expensis excudi curasse afferant: Quamuis mibi ha-  
ctenus non nisi M. S. videre contigerit idque in vno  
dūtaxat exemplari, quod mibi Leonardi anno, 1590.  
mense Marito trāsmisit amplissimus nobilissimusq; vir.  
Vpco A. Burmāma, vt subsidij necessarijs me instru-  
eret: na quāvis hoc opus ita vti auctor ipse scripsit,  
diu desiderauerim, nunquam tamen antea venanti  
fauit delia, quo tempore hic Macenas pro singulari  
erga me fauore suo mibi succureret qui nec re nec  
cōsilio mibi adesse vñquam grauatus est, quo patria  
in meis studijs promouendis gratificari posset. Ha-  
beo autem & alia duo eiusdem huius auctoris ex-  
emplaria manuscripta, quibus vtrisq; est ad-  
ditum suplementum auctore potissimum Iacobo  
Petri Taborita, qui Vorperum rerū gestarū relatio  
ne supplevit vñq; ad annum 1550. Horum codicūm al-  
terum mibi transmisit ex patria Louanium ante mul-  
tos annos amplissimus consultissimusq; vir ac Dn. D.  
Igcamus ab Achelen Regij Senatus in Frisia preses:  
qui & ipse omni studio in hunc finē conatus meos pro-  
mouere voluit, vt ad Historias patriæ Recte & fide-  
liter conscribendas solide instructus essem. Itaq; hunc  
ipsum codicem ille mibi impetravit non diffūlter à

R. Paire

## D E C A S D E C I M A

81

Reuerendo D. Dom. Paulo A Egydio Costero, tum eius  
 dem Thaboritici conuentus Priore, qui postea electus  
 est Abbas Monialium Benedictini ordinis in Beth siue  
 ut vulgo vocatur Fosuerdia: In hoc codice multa sunt  
 Vorperi scriptis aliunde adiuncta scripta aliorum. Pri-  
 mum locum habent ea quae vocantur gesta Frisiorum  
 translata ex latino per nescio quem in sermonem Bel-  
 gicum, & continet compendium Hist. Frisonica ab ex-  
 ordio muudi usque ad expugnatam Terra Sancta  
 nomine Damiatam: Sequitur deinde M. Aluini tracta-  
 tus continens itidem compendium historia Frisonica  
 sed ab exordio gentis usque ad Carolum Magnum:  
 Deinde sequuntur copie aliquot priuilegiorum que Fri-  
 sis diuersi Principes dederunt. Item pacta quadam  
 & foedera inita inter diuersas personas, Ciuitates, &  
 Prouincias in Frisia pacis ergo. Deinde sequitur tra-  
 ctatus D. Meinardi Franckerensis quam inscripsit pas-  
 sionem Gruninganorum: Deinde subiungitur Chroni-  
 co Frisia ab anno 781. usq; ad annum 1550. Quod Pe-  
 tri Iacobi supplementum est; de quo infra dicimus;  
 etiam si sint qui hunc non ultra annum 1521. descendere  
 putant & proinde quod reliquum est, alteri deberit:  
 qui tamen errant cum ipse Vorperus opus suum ad  
 annum 1538. perduxerit. Alterum Codicem nobis Leo-  
 uardia Coloniam transmisit anno 1585. amplissimus  
 vir consultissimusque V. I. Doctor Iacobus Bouricius  
 in suprema Frisia curia ciuilium causarum patronus  
 disertissimus, & mihi multis nominibus colendus, qui  
 eum ab affini suo amplissimo, prudentissimo doctissi-  
 mog, viro, & mihi etiam amicissimo D. Petro Buy-  
 giers in usum meum petiit & obtinuit, ad cuius margi-

F

nos

**A**nno Christi  
B.  
1538.

nes interdum & ipse Buygirs commodas adnotatiunculas adiecit: In hoc codice primum locum habet ipse Vorperus distinctus in tres libros latine scriptos, ut supra dictum est, quorum ultimus definit in annum Christi 1309. Quartus deinde subiungitur populari lingua Belgica scriptus qui, protendit usque ad annum 1498. hinc sequitur Memardi Franekerensis passio Graningana. Postremo sequuntur annales rerum in Frisia gestarum ab anno 1413. usque ad tempora Burgundorum, hoc est, ad annum 1510. Scripti in certo Authore lingua quidem belgica sed non inepte: qui magnopere congruunt cum Petro Iacobi Thabor. de quo supra, & mox infra plura: & nos hic etiam quicquid extra Vorperum est, ut in superiori codice promiscue supplementi titulo in nostris allegamus: Vixit D. Vorperus circa annum Dom. 1538.

## 9. Ioannes Doccomiensis.

**I**OANNES Doccomiensis V. I. Doctor Coloniensis Academia ornamentum insigne fuit. In qua Ius vestrumq[ue] diu cum summa laude professus est: Vnde ob egregiam nominis claritatem in Cameram Spireensem euocatus inter Assessores Imperij controuersius Principum, Ciuitatum, ac Provinciarum decidendis operam strenuam per complures annos nauauit: Inde cum assiduis literis & stipendijs haud quaque paenitendis a Duce Cliviae inuitaretur, Cameram reliquit, ea commeditate ductus quod Colonia habitare nihilo minus posset, etiāsi Duci esset a Consilijs. Maluit enim inter literatos quam inter Aulicos agere vir literis promouendis natus. Audio eum reliquisse quedam in iure scripta sed mihi hactenus videre non contigit: Anno Domini

## DECAS DECIMA

83

anno 1557, illi dedicatum fuit opus, cui titulus est, *Can-*  
*dela Euangelica in cuius prefatione ei tribuitur ab au-*  
*thore libri hic titulus. Ad eximium virum Ioannem*  
*Dockem Frisium V. I. professorem. Viglius Zuichemus*  
*cum post anno 14. quos studiorum gratia in diuersis*  
*vniuersitatibus exegerat, in Frisia ad visitandos paren-*  
*tes & amicos tenderet, Coloniae apud hunc diuersatus*  
*est, à vicesima tertia die Ianuarij usq; ad 20. diem Fe-*  
*bruarij anno 1534. Ob veterem consuetudinem quem*  
*cum eo quondam habuerat vir incomparabilis D. M.*  
*Bernardus Bucho Patruus Vigili; Mortuus est Coloniae*  
*peste anno 1540. Fuit hic dum vixit patriæ non modo*  
*ornamento, sed & præsidio, quoties in arduis negotijs*  
*expeteretur salutare consilium quod tunc temporis fre-*  
*quenter euemit, ob res nuper in Frisia recenti pace com-*  
*posita: Fuit autem apud Docconium honestissimo loco*  
*natus, & omnibus ob authoritatem ex literis & Iuris-*  
*prudentia charus: Habuitq; hæredem gloriae sue Pro-*  
*nepotem, ex sorore clarissimum Cornelium Kempium*  
*Docconensem historicum, de quo infra suo loco dicen-*  
*dum erit. Vixit hic Auctor circa annum Chr. 1538.*

1538

102 Gerardus Synellius.

**G**erardus Synellius Gruninganus, Abbas fuit Vallis  
 B. Mariae in Norda: vir suo saeculo insignis tū erū-  
 ditione tum virtute Scripsit Hortulum orationum me-  
 tricum dramaticum in tres libros distinctum quos ex-  
 cudit Albertus Pafradus Dauentriæ anno Domini  
 1525. dedicauit hoc opus suum generoso strenuoq; E-  
 quiui Aurato Hictio Dornio Emendeni præposito, Sa-  
 crorum Canonū legūq; Imperial. Doctori ac interpre-  
 ti consultiss: in Dornio & Guydmunda: dedicatoriam

F 2 epistola

ANNO Chz.

epistolā qua illi opus suum inscribit & offert, ita claudit. Vale Cauchorum Frisiabonum decus & præsidium: Quod ideo hic adnotandum putavi quod hic apparet Frisiabones ab hoc Authore collocari trans Amisim, hoc est, in Frisia orientali cum alijs ponant eos in Occidentali Frisia, & quidem in Hollandia inter Vaterlandos: Auctor vixit circa annum 1538.

1538.

## DECAS VNDECIMA.

## I. GREGORIVS BERTOLFIUS.

**G**REGORIVS Bertolffius Louaniensis, primus fuit præses supremæ curia in Frisia: Sub Carolo Q. de cuius proinde actis, Vita & prosapia plenius & ex professo dicturi sumus in eò libro quem de præsidibus huius curiae peculiarem breui in lucem edituri sumus: hic enim de scriptis eius tantum agemus: Hic enim à Car. Q. postquam submoto. Carolo Geldria Duce, nouam curiam in Frisia erigeret, accitus Saxonum Statuta, que partim communī, partim Saxonum iure constabant, in melius reformauit, & ad ius commune prorsus emendauit. Totum enim Iuris processum conscripsit & ad Forensem usum applicuit, & in lucem edicauit populari lingua Belgica, quo magis obuiā Iuris praxim redderet etiam idiotis, quo consecutus est vir prudentissimus ut nusquam terrarum purius usurpetur Romanum Ius in foro quam in Frisia. Hec renouata, & ratificata sunt in suprema Frisia curia, per Maximilianum Comitem Buranum anno 1541: Hoc autem opus corredum statutorum Frisiorum quoddam

quod typis euulgatum est, cum originali suo in meam Anno Ch.  
gratiam conferre, & ad me transmittere non est gra-  
uatus, vir nibi multis meritis venerandus D. Doctor  
Jacobus Bouricius Aduocacus in suprema curia con-  
suliſſimus: Hic Praes moriens Leonardie anno 1527.  
Filium vnum reliquit, & filias tres de quibus in ope-  
re supradicto plura dicemus: Filia natu maxima nu-  
psit nobilissimo viro Renero Tegnagelio vtriusq; Iuris  
Doctori ac Professori celeberrimo, ex quo liberi plu-  
res, & inter hos clarissimus, amplissimusq; Vir ac Do-  
minus D. Gregorius Tegnagelius Imperialis Camera  
assessor, de quo infra plura suo loco: Filia Gre. natu me-  
dia nupsit clarissimo vtriusq; Iuris consulto Iouchimo  
Hoppero: ex quo est prater alios amplissimus vir ac  
Dom. D. Gregorius Hopperus Baro in Dalem. Do-  
quo infra suo loco plura: Filia Gregorij minima nata  
Anna nupsit N. Duyfkens ex quo est Maria, vxor clari-  
ssimi, nobilissimi, consultissimiq; Viri Ludquici Mul-  
leri, V.I. Consulti & Illustrissimi Bauariae Ducis Con-  
ſilarij. Qui quidē etiā hactenus, quod sciam, nihil scri-  
pserit, tamen ob id quod nobis ad scripta nostra loca-  
pleteanda, subsidia ex instructissima sui Principis Bi-  
bliotheca aliquando promisit, hoc loco eius mentione  
faciendam duxi, ut o. casione proſoceri ſui recordetur  
ſe etiam à Frisia non prorsus eſſe alienum, & poſſe e-  
tiam gratificari Principi ſuo. Cuius maiores aliquan-  
do Frisia dominati ſunt, quorum acta celebrari ad ho-  
norem posteritatis pertinet, quo tempore Praes Ber-  
tolffius floruerit ex superioribus ſatis euidenter pa-  
ret.

## 2. Hector ab Hoxuijer.

**H**Ector ab Hoxuijer Vir primariae nobilitatis natus  
in Maurichemo, qui Pagus est Territorij Barode-  
rani, de quo plura dicturi sumus in Annalibus nostris  
& in opere de Præsidibus & Consiliarijs Curie supre-  
me in Frisia singulari eruditione prudenter & eloquē-  
tia preditus à Carolo Quinto in summum Frisia Sena-  
tum cooptatus fuit, tandemq; Præses ab eodem Con-  
silij apud Ultraiectum constitutus est, ubi diem extre-  
mum clausit: Multis & arduis Legationibus functus  
est pro patria ad Imperatorem, & pro Imperatore ad  
alios Principes: Vigilus Zwickhemus certior factus, me-  
historiam Frisia moliri, præ ceteris patriæ nostra ma-  
gnatibus mibi nominatum Pairuum suum Bernardū  
Buchonem, & hunc Hectorem datis literis commen-  
davit: Nihil admodum ab eo scriptum memini, quod  
quidem Typis excusum sit. Sed olim cum studiorum  
gratia Louanij ageret confirmando nationis Frisonicæ  
collegio leges scripsit, si rem species tanta grauitate ac  
prudentia, ut nihil possit sublimius, si stylum species ta-  
ta puritate, & perspicuitate, ut nihil queat elegantius  
excogitari: Quibus proinde nostrates qui studiorū gra-  
tia Louanij versamur in hodiernum usq; diem viuntur:  
Vixit auctor circa annum Christi. 1540.

1540.

## 3. Kempo à Martena.

**K**EMPO à Martena vir primariae nobilitatis sum-  
mis naturæ a fortunæ dotibus ornatus industriā  
suam promouendis patriæ commodis constantissime pro-  
bavit, nam cum esset ex antiquissima nobilitatis fami-  
lia Martenana natus, ingenium, quod ipsi præstansissi-  
mum contigerat, à prima adolescentia omni literarum  
generi excollit, quibus instructus adiuncto rerum usq;

eruditio[n]is ac prudenter nomine Carolo Austriaco His  
 paniarum Principi, & postea Rom. Imperatori eius no  
 minis. V. Commendatus fuit à quo mox Equestri digni  
 tate ornatus & in Prouinciale[m] Frisiæ Senatum alle  
 dus fuit: Vbi rebus adhuc nouis, & post diuturnam fa  
 ctionum Anarchiam in aliquam Reip. formam redi  
 gendis, consilio suo Principi & Ordinibus patriæ salua  
 fide sua plurimum commodauit: Nam cum esset rerū  
 Frisiarum insigniter peritus, & polleret naturali iu  
 dicio, esseq[ue] cum primis eloquens, multas legationes  
 in ijs controuersis ad Principem obiuit, que inter eius  
 M. & ordines patriæ tractandæ occurrabant: Quarum  
 nomine & singularem quoq[ue] gratiam vtrumq[ue] repor  
 tavit: Cum igitur hic omnium eorum, quæ publicè pri  
 mum cum Duce Saxoniae, & deinde cum Carolo Q. &  
 contra hos à factiosis intranis & Carolo Duce Geld.  
 sua memoria acta erant, notitiam ccripsimā haberet,  
 Ordines Frisiæ comitijs habitis, cū consensu Principis  
 illi publicos Frisiæ Annales conscribendos demandarūt  
 ex quibus publica fide rerum gestarum indubitata cer  
 tudo hauriri posset, vi posteritati liquido constaret  
 quid & quib. modis inter hūc Principē & Antistites pro  
 vincia actū esset. Conscriptis igitur Kēpo populari lin  
 gua Belgica, Historiam Occident. Frisiæ, anno rū 42.  
 Exorsus ab anno 1498. quo Albertus Saxoniae Dux in  
 Frisiā accitus venit, usq[ue] ad annū 1540. cū appendice  
 actorū, que Leonar. tractata sunt cū Maria Vngarica  
 Car. V. sorore anno 1545. Operi absolute titulus ad  
 scriptus est, Het Lādt Boeck. i. Codex Prouinciae:  
 Cui examinādo, & inauthqrādo ex precipuis Fri. nobis  
 lib. M. Iarichus à Dekema, M. Sicco à Dekema, M. Six  
 tuus Tiarda, Abbo à Siuxma, Lecko Doama Iunior &

Anno Ch.  
st.

Anno Christi  
1540.

Sibrandus à Rorda: Ex Senatu Principis M. Albertus ab Arnsma. Doctor Renicus à Burmania, Doctor Hector ab Hoxuier, M. Petrus à Dekema, delecti sunt Opus igitur ab his examinatum & approbatum Ordines grato animo amplexi sunt, aeternaq[ue] memoria consecrarunt, eo fine, vt consimili forma successum temporis nouis additionibus ex fide publica locupletaretur: De Authore huius operis plura dicemus in Annalibus nostris, & in opere de prasidibus & consiliarijs Curiae supremæ in Frisia: Vixit Auctor autem circa annum Christi 1540.

1540.

## 4. Pibo à Gerritsma.

**P**I B O à à Gerritsma in pago Virdemio natus, cum Geometria scientia celebris, tum etiam iocis ac facetijs in patria chariu fuit. Vir clarissimus D. Doctor Cyprianus Vomelius, multa Moguntia nobis de eo iucundè narravit: Afferens eum latinè quidem lingua pene ignarum, natura tamen inclinatione & propensione, ita in arte Geometrica profecisse, vt euā in ea non contempnenda scripsisset, quæ iamē ad manus nostras hactenus non peruererunt: D. D. Cyprianum ei vt familiari & amico & artis perito epitaphium scripsisse comperio, quod proinde vt in Sylva eius extat hic subiiciemus ut manibus viriusq[ue] gratificemur, & hæredes Pibonis exuseveremus ad perquirendas eius reliquias: Mortuus est autem hic auctor circa annum Christi 1540.

**EPI T A P H I V M P I B O N I S A**  
Gerritsma Geometræ Vir-  
dumentis:

**D**irectis oculis, & fixo spirite quondam  
Qui terra mensus iugera multa fui:

Metior en tenuem toto nunc corpore fundum

Cumq; suis numeris, calculus omnis abest:

Dogmata quid prodest, mihi nunc Geometrica scisse?  
Festiuosque sales, ridiculosque iocos?

Iuppiter ame volet metiri climata cœli?

Atque simul dictis se recreare meis?

Nempe hoc in regno spatiū mihi nulla pusilli

Cura erit, hoc etiam plus iocularis ero.

### 5. Vlpius Cissaeus Franekerensis.

**I**OSIAS Simlerus hunc auctorem Ioannem Vlpium Franekerensem vocat: Franekerensem autem ipse se vocari maluit quam Schalsenium cum esset in Schalsemo natu, qui pagus est in Territorio Franekerisi, nec longe à Franekerensi civitate distat: Nā cū hic pagus insigni quadam hederā notabilis sit, fugere veterem iocum voluit, qui de nomine ipsius pagi & hederā in eo crescentis vulgo iactatur, cum dicunt Tob Shalsum me Climmerbaem; ideoque nomen pagi, quod obscenitatis sonum apud nos habet prossus suppressit, Climmerbaem autem quod hederam significat & in eandem obscenitatem ob istius vicinatatem abripi posset Græco nomine obuelauit xiccos enim hederā signifiat Vnde ille se Gisseum, hoc est, Hederaceum appellauit: Hic autem iactis in patria fundamētis artium, Erphordiam se grauiorum studiorum gratia contulit, que vniuersitas tum temporis maximè florebat, & à nostratis præcipue frequentabatur: Ibi cum aliquandiu singularis industria & eruditio-  
nis exempla de se publicè priuatumque edidisset publi-

Anno Christi 1540. Graecæ lingua professione decoratur, eadem illa ab  
 quam postea nos Louanio ex interuallo vocati sumus.  
 In qua quam dextrè, quantoque cum fructu rei literaria versatus sit, ipsa adhuc vniuersitas testatur, &  
 monumenta ipsius declarant, que posteritati reliquit.  
 Gliscente deinde in ea vniuersitate Religionis dissidio,  
 cum aduersus Lutherum stringere calatum cœpisset,  
 indignationem quorundam incurrit, qui illi nocere po-  
 terant: Quod ille sentiens cessit inuidie, & Lypsiā se  
 contulit, vbi cum aliquando substitisset, in patriam re-  
 uocatus est, vbi sacris initiatib[us] non admodum diu su-  
 peruixit. Mortuus est autem circa annum 1540. Scri-  
 psit multa sed non omnia in lucem prodierunt ab imma-  
 turam Authoris mortem.

Hesiodi opera & dies carmine reddidit, ita ut sin-  
 gulos Graecos versus singulis Latinis exprimeret, ve  
 inseriret illis, qui utramq[ue], linguam conferre cupiunt:  
 Georgius Ratallerus idem opus transtulit ut infra dixi  
 mus, sed liberiori stylo: Michaël Isengrimus Vlpij opus  
 hoc imprest Basileæ anno 1540. Gracis & Latinis è re-  
 gione oppositis.

Scripsit & collectanea quadam prouerbiorum, quo  
 in Chiliadibus Erasmi non habentur: Scripsit etiā ad  
 Henricum Saxoniæ Ducem Elegiam gratulatoriam.

Scripsit etiam nonnullos tractatus aduersus Luthe-  
 rum, quos olim excusos vidimus, sed nec recordamur  
 satis quales sint, nec amissos recuperare unquam po-  
 tuimus: Clariss. V.I. Doct̄or Cyprianus Vomelius, qui  
 illi Erphordia & in patria valde familiaris existuit ei  
 hoc Epitaphium scripsit, quod ut extat in eius sylva  
 hic subiçiam.

DECAS V N D E C I M A  
E P I T A P H I V M D , V L P II 91  
Cissæ Ecclesiastæ Frane-  
kerensi.

V lpius hic recubat Cisse æ gloria gentis  
A Eternumq; deus Frane kæra tuum;  
Orantem latio lauda set Tullius ore,  
Vberis eloquij copia tanta fuit:  
Nec fuerat Graio leuiter sermone beatus  
Quin etiam Græcè dicere promptius erat  
Claruit in patria facunda munere lingua  
Et Ciues do uit cœlica iussa suos:  
Regna suum poterat celebrare per extera nomen  
Postposuit notis sed peregrina locis:  
Terra parens igitur corpus venerabile nati  
Molliter vt soneat Lector amice, roga:  
Nam mens sancta Viri fruatur te dulcis I E S V:  
Angeli os inter psallit ouatq; Chorus.  
Aliud eiusdem, in eundem.

M oriuus hic recubat inuenalibus Vlpius annis  
Par Frisia nostræ Pieridumq; decus:  
Fætibus ingenij toti inclarescere mundo  
Cœperat, ab quantum spei sera Parca rapis:  
Quæ tamen ante diem fati monumenta supremum  
A Edidit, hæc vita causa perennis erunt:

6. Petrus Thaborita.

F petrus Iacobi cœnentalis vt videtur Laicus in Tha-  
bor prope Snelcam fuit. Is patrem habuit Bolfuardia  
(vt ipse tradit) Iacobum Nauperum virum hone-  
stum, & quoniam ea ciuitas tum temporis ob factio-  
num dissidia optimo cuiq; maxime periculosa erat ipse  
in conuentu Thab. qui & à Bolfuardia nō longe distat,

volat

Anno Christi velut intutum vite portam se recepit & quanquam lingue latine non admodum peritus fuerit, tamen artium Mathematicarum, & praeferit Geometrie cognitionem habuit quibus & otiam suum falleret & patriæ sua operam suam probaret: quod & saperenumero fecit in agrorum ac finium controversis terminandis: Ita quo & Carolus Quintus eius opera usus est, in mensurā da terra Bildia, vna cum M. Martino Delphōsi, qui huic negotio praefectus erat. Fuit autē hic F. Petrus non modo cōueniū suo, sed etiā vniuersitate Frisiae valde utilis tum consilijs tum scriptis: Conscriptis enim supplementum Historia Frisonica ad Dominum Vorperum Thaboritam de de quo supra actum est, paulo tamen altius exorsus quam vnde ille destiterat ab anno scilicet 781. Quo Christifidem Frisia suscepit ac producit seriem annalium usque ad annum 1550, quā quam sīt, qui illum non ultra annum 1527. Descendere afferant, & quod excurrit alteri deberi. Vt cumque hoc sit, nos supplementi titulo sub huius nomine in scriptis nostris allegamus, vt lector intelligat, quo fidere debeat. Nos hoc scriptum eius manuscriptum habemus duobus exemplaribus, vt supra diximus in Vorpero Thaborita: Vixit aucter circa annum 1550.

1550.

## 7. Stephanus Sylvius,

**S**tephanus Sylvius in Vnigierponatus qui pagus est Territorij Upsterlandiani, cum parentes haberet obscuros ipse sua industria his præluxit. perceptis enim utcumque literis humanioribus, & sacra scriptura principijs ordinem Sacerdotalem suscepit: Quem adeptus ludum litterarum aperuit domi sua. Quaratione cum & concionibus in Templo & prælectionibus

In schola sese strenuè exercebat, id consecutus est, ut inter Sacerdotes & Ludimagiſt. sua memoria parē non habere crederetur, multo tempore in Frisia: Itaque cū viramque ob hanc causam sapius ex alijs in alios pagos electione populari inuitatus transmigraret, tandem Pastor in Tzumma electus est, qui pagus est Territorij Franekerani. Ibi cum aliquandiu versaretur, rem Ecclesie promouenda & prestiganda Barbarieſtrennuam egit: Nam & nos eius discipulos complures cognouimus, in vtraque lingua feliciter institutos qui & Reipublice gubernacula postea tenuerunt: Hanc igitur famā consecutus Stephanus istinc Leouardiam vocatus est, non ut Scholam administraret, sed ut pastoratum Parochiaſt susciperet ad Sanctum Vitum in aula veteri: Vbi quamvis strenuè munus pastorage obiret, quicquid tamen otij negotijs Ecclesiasticis subducere poterat literis excolendis impenderet solebat: Ideoque domi sua priuatim discipulos admitebat, non quideam promiscue quoslibet, sed eos tantum, in quibus sibi minimo negotio, fructus plurimum factus videbatur: Leouar. post annos aliquot vocatus est Gruningam, vbi Pastoratu ſummo ad S. VV alburgam per aliquot annos functus diem ſuum obiit anno 1567. atatis ferè 60. Scripta eius hactenus excusa quidem nulla vidi, sed ostendit mihi olim Leouardiae anno 1554. Grammaticam, quam carmine conscripferat, cuius exemplaria apud eius discipulos etiam extare arbitror ostendit & in Theologia tractatus aliquot, quorum iam non satis memini. Epitaphium ſuum hoc distichō ipſe complexus est:

A nno Chri-  
sti.

1556.

Hic situs est Stephanus studiose auriga iuuentæ  
 Qui columen Frisia si voluisse, erat:  
 Floruit maximè circa annum Chr. 1556.

## 7. Gemma Frisius.

**G**E M M A Frisius Doccomij honestis parentibus na-  
 tus est, circa annum 1500. & ob bella quæ tum in-  
 ter factiosos in Frisia feruebant Gruningam ad ami-  
 cos missus & ab ijs ibidem educatus est: Cumq; adoles-  
 cēs ibi in literis mirum in modum profecisset: Louaniū  
 ad grauiorā studia capescenda ablegatus est, vbi & col-  
 legio Gruninganorum nomen dedit, ob nuncij commo-  
 ditatem, quo vii posset ad petenda ab amicis Gruninga-  
 nis studiorum necessaria: Nam cum Frisia, & Grunin-  
 gia longè distent Louanio, nec proinde in diem studiosi  
 à Parentibus suis habere possint, quibus ad vitā & ad  
 studia opus habent, Collegia nationū suarum cū consen-  
 su vniueritatis cōstituerunt, quæ singula peculiare nū  
 cīn sustentare possent, quistatis temporibus ex patria cō-  
 meatū & pecuniam & cetera necessaria apportet: Gē-  
 maigitur cū parentibus admodū adhuc puer orbatus  
 esset, non Fris. Occident sed Gruning. collegio se adiun-  
 xerat ob causas supradictas, vt ex ipso səpius audiui-  
 mus, & ex eius etiā sorore quæ Louaniū multis annis no-  
 stra memoria habitavit: Gēma itaq; à multis ob causas  
 modo relatas Gruning. est habitus quāquam Doccom.  
 esset: Studuit autem Gēma Louaniū Mathematicis ar-  
 tibus ac madecin. In illis quārum valuerit scripta eius  
 publica testantur: In Medicina doctoratum consecutus  
 & professionē publicā, inter præcipuos eius vniuerita-  
 tis medicos habitus fuit: In Theoriā acutus ac tritus  
 in praxi felix. Mathematicas artes priuatim in ædibus  
 suis

suis docere solebat, ubi & nos eū docentem studiose audiuiimus: Erat enim singularis in eo docēdi dexteritas ac gratia: Duxit Gemma vxorem Louanię, ex qua filii habuit Cornelius Gemma: itidens Medicū & Mathematicū, & qui patrē suū non modo eruditio ne sed & nomine ipso obscurauerit: Fuit enim hic & in mathesi & in medicina patre nō inferior, & nomine propriū habuit, Cornelius, cognomē illi gemma fuit, q̄ Patri erat nomen prō prium, qui cognomen nullū aliud habuit quā à patria, ex qua dictus est Frisius: quamquā & à paire habere potuerit, qui Cornelius appellatus fuit: Est autē Gemma apud Frisios nomen frequens & usitatū, illa tantū genti Dialecto conseruata, q̄ litera G. sonū literæ I & E. item I. in pronunciatione vulgari edat: Fuit autē Gemma in summa gratia apud Car. V. maximē ob astronomicam & Geometriam, in quibus & Imperator non in feliciter versatus erat, adeo quidem, ut & Gemmam erroris admonuerit in mappa mundi, quam postea errore sublato illi Gemma dedicauit: ob easdem artes Mathematicas Gemma domus à multis Magnatibus Aulicis visitabatur, qui & ipsum sapè Bruxellas euocabant, non ingrati pro opera prestita: Erat Gemma Louanię ob mortis suū comitatē gratus omnib. frumentis suis medicis, inter quos vnum praecipue familiarē habebat D. Hieremiam Triuelium. Cum hoc aliquando conspectus in publico, effugere non potuit falsi cuiusdam facetiās, qui dixit esse Hieremiam & Gemmam Louaniensem medicorum par impar: Gemma enim statuta mediocri erat, membrisq; gracilibus, & facie pallida. Hieremias illo non paulo procerior & facie rubicunda, totoq; corpore insigniter obeso: ita ut prae caronum

mole membrorum suorum fermè in posset: Hieremiam nos Louanij anno 1547. studiose audiuiimus publicè explicantem Aphorismos Hippocratis: Qui frequenter dicebat, nihil infelicius esse agrotanti medico propterea q[uod] omnib[us]. in promptu esset illud, Medicus cura te ipsum: id quod illi tunc impossibile factu esset, iudicio per morbum turbato: Ideoque Gemma sibi medicum, si quando agrotaret, præstipulatus erat; & Gemma viciissim illum sibi, itaque cum euenisset, ut morbo pestilenti cor reptus Hieremias Genitam accerseret, Gemma, ut venisset, Hieremiam hortatus est, strenuè præcederet, nulla alia re opus esse, quam fideli Comite, se non longo interuallo eadem via subseceturum: Vterq[ue], igitur breui temporis spatio una cum alijs multis viris egregijs peste absemptus est anno 1558. Neuter medicamentis vti voluit aduersus fatalem necessitatem, quam presentem esse intelligeret: Scripta reliquit Gemma (quod equidem comperi) nulla in medicinis, in Mathematicis autem complura: quæ sunt

Methodus Arithmetica impressa Antuerpiæ anno:

1540.

De locorum describendorum ratione, deque distâc[t]i[on]es eorum inueniendis.

Item de vsu annuli astronomici, libelli hi sunt impressi ibidem cum Petri Apiani Cosmographia anno.

1540.

Charta sive mappa (vt vulgus vocat,) qua continetur generalis totius orbis descriptio, partim ex veteribus partim ex recentioribus collecta & Carolo Quinto Augusto dedicata impressa Louan annoij 1540.

Eiusdem libellus de principijs Astronomie & Cosmographia

## DECAS VNDECIMA

97

mographiae, deque usu globi Cosmophaphici ab eodem Anno Chal.  
editi: Et de orbis divisione & insulis rebusq; nuper in-  
uentis.

Item libellus de Annuli Astronomici usu, excusi sunt  
apud 10 annum Stelsium anno 1548 in 8.

Eiusdem demonstrationes Geometricæ, de usu Ra-  
dij Astronomici, seu Regula Hipparchi excuse sunt  
Antuerpia.

Arithmetica Methodus excusa est Parisiis cum An-  
notationibus & Additionibus quibusdam Iacobi Pe-  
letarij.

Eiusdem de Astrolabio Catholico liber, quo la-  
tissime patentis instrumenti multiplex usus explicatur  
& qui quid usquā rerum Mathematicarū tradi pos-  
sit continetur: Antuerpia anno 1556. Floruit Auctor  
maxime circa annum Chr. 1551.

1551

### 9. Regnerus Prædinarius.

R Egnerus Prædinarius, natus est in pago Vinsemo,  
qui Gruininga non longe distat: Prædinarius enim vo-  
cari voluit, quod ruri & in prædijs esset natus: Is cum  
peracri ingenio esset, perceptis in patria viriusq; lin-  
gua & fundamentis Louanium se contulit, & Philosophia  
primum, deinde etiam maioribus (quas vocant facul-  
tatis) operam strenuam impendit: Reuersus in pa-  
triam cum ad diversa munia in Repub. obetenda ma-  
gnis & precibus & præmij inuitaretur, ad nullum sus-  
cipiendū commoueri potuit, quā ad administrationē  
scholæ publicæ, tum quod in hoc plurimū fructus Reip.  
adferre posse se arbitaretur, tum etiam quod genus  
suum huc maximè propensum esse sentiret: Susceptam  
itaq; Gruininga hunc Sparham sic ornauit, ut vicinas

G scholas

Anno Chri*sti*  
 1556. scholas Triuiales fama sua longè latèg, obscurauerit,  
 Erat enim in hoc viro recondita eruditio, & eloquen-  
 tia singularis, & quod præcipuum est gubernanda iu-  
 uentutis mirabilis quadam dexteritas: Itaq, non modo ex Gruningia Frisia Orientali, & Occidentali, ex  
 Vesphalia, Transsilvania, Geldria, Brabantia, Flan-  
 dria, sed etiam Gallia & Italia eius audiendi gratia,  
 Gruningam non modo studiosi mittebamur, sed & eru-  
 diti quoque velut ad Academiam celebrem consue-  
 bant: Et procedebant ex eius schola adolescentes, ita  
 fideliter instituti, ac tam solidè docti, ut cum ad Acade-  
 mias se conferrent omnibus essent admirationi, quorū  
 non pauci mihi Louanij & cogniti & amicitia coniun-  
 cti fuerunt: Scholam per multos annos administravit,  
 & ad extreum usque spiritum in solita docendi con-  
 tentione perseuerauit. Cum autem ille diem suum obijs-  
 set clarissimus vir D. Doct*or* Hesselus ab Aysma qui  
 iuri urbis Gruningane Syndicus erat, & Reuerendiss.  
 Dom. D. Stephanus Syluius qui summus ibi Pastor ad  
 S. Valburgam erat Erphordiam literis datis petiuerūt  
 vi ego eam scholam gubernandam susciperem quod si  
 vellem se magistratu urbis bonis rationibus induc-  
 ros, vt mihi ea prouincia publicis literis offeretur. Sin  
 minus, causas sincere perscriberem cur recusarem. Re-  
 spondi sincere, & cur suscipere Prouinciam istam non  
 possem causas duas reddidi: primū quod haberem in  
 Academia libera professionem vtriusq<sup>ue</sup> lingua ad quā  
 Louanio publicè accitusessem, vt parum honestē possem  
 permutationem istam subire, etiam si forte apud Gru-  
 ninganos stipendum amplius foret. Secundò quod pro-  
 spicerem actum iri, de existimatione eius, quisquis Pra-  
 dinis

dinio in Rectoratum proximo sufficeretur. Nam cum ille tam singulari gratia polluisset apud suos auditores ut sibi persuasum haberent omnes, similem eius alterum nam non esse, non dubitabant contempnū miri, eum qui uon idem & eodem modo præstaret quod Regnerus, eum si forte præstaret plus ac melius. Quam diu enim Regneri vox trāulos erat, & sonaret in auribus auditorum iuuenit, & quorum iudicium adhuc immaturum erat, nihil aliquid expectari poterat, quam ex desiderio soliti præceptoris fastidium Præceptoris insolentis. Doluit secunda hæc ratio mea tum Stephano, tum etiam Hesselō, & cum deinde ad Magistratus petitionem, scholam istam gubernandam suscepissent vir omnibus modis doctissimus M. Gerardus Loppersum, ipsius Prædimij quondam discipulus, experientia unius anni doctus, doluit sibi quoque in mentem non venisse re integrā ultimam istam causam recusationis meæ: Mortuus est autem Gruninga Prædimus, & sepultus est prope Templo S. Valburgæ non longè à schola, in semita qua frē querenter solebat deambulare. Sepulchrum eius tectum est lapide insigni, in cuius superficie scriptum est. Hic sicutus est Regnerus Prædimus, in CHRISTO IESU mortuus anno sua etatis quinquagesimo primo Domini vero 1559. Die 18. Aprilis. Multa eum scripsisse intellexi, quæ tamen ad manus meas hactenus non peruenierunt. Audiui scripta eius non referre gratiam quā viua vox habuit, eademq; à Catholicis esse notata. Sub iungam hic clarissimi viri Cypriani Vomelij de eo Eulogium, quod est tale:

**A D D O C T O R E M T H O M A M**  
 Ennium de Regnero Ludi literarij  
 apud Gruningenses mode-  
 ratore.

**H**A V D mihi continuo solet admirabilis esse.  
 Si quem fert oculis publica turba suis :  
 Sed quem commendat quisquam laudabilis ipse  
 Hunc ego confessim deueneratus ero:  
 Ergo frequens cum tu memores doctissime Thoma  
 Regnero eloquij flumen inesse merum,  
 Atq; vel Isocratis Veneres dicendo referre,  
 Vel Demostheneos telaq;, vimq;, grauis:  
 Nec modo Romuleis ybertum vocibus vti,  
 Attica sed parili verbâ sonare modo:  
 Nunc illius statuo reuera existere tales,  
 Et Friesiam tantum lector habere decus:  
 Gratulor & Friesia, cuius condiscere pubi:  
 Et tanto liceat sacra fidemq; viro.

10. VVO Helt.

**V**V O Helt Gruninganus vir doni nobilis diu  
 à suis desideratus, cum studiorum gratia per  
 multos annos pèrigrinatus sit, in patria (quod equidem  
 compererim) hactenus non est reuersus: Fama de eo diu  
 iucunda, & ob spem de ipso cœptam apud omnes gra-  
 ta viguit: Cum eruditione, prudentia, comitate parem  
 sibi nullum habere dicatur. Bibliotheca Simleri, que  
 eum perperam Viuionem vocat, eum scriptisse asserit  
 Dialecticam, quam mihi tamen hactenus videre non  
 contigit: Praestit ille olim Academia Louaniensi rem  
 oppide

oppido quam necessariā aduersus ingruentem hostem  
 Martinū Rossemum, cum summis eloquentiā viribus,  
 studiosos & ciues exsuscitaret ad hostem fortiter repel-  
 lendum, qui à quibusdam alijs iam pene ad deditio-  
 faciendam inducti erant. Cui subsidio mox fuit M. Se-  
 uerinus à Teyta Harlingensis qui correptis armis stu-  
 diosos in aciem eduxit, & non modo mœnia fortiter tu-  
 tatus est, sed & hostem propulsavit, vnde & à Carolo  
 Quinto præmij nomine nobilitatem consecutus est. Vtri  
 usque mentionem facit, clariss. Dom. D. Cyprianus Vo-  
 melius: De VVone sic scribit:

**P**rotinus ut subij sublimia teēt a Louani  
 Quæro quis hic Cirræ fertur in vrbe caput:  
 Tunc mihi congrediens aliquis respondit, hic Vno,  
 Germanæ Sophia præmia prima refart:  
 Fontibus hic liquidis sua largius ora rigauit  
 E quibus eloquij vena beata scatet:  
 Hic Graias Latiasq; simul percepit Athenas,  
 Quolibet ore sonat, qualibet arte valet:  
 Permeat hic idem Regiones aetheris omnes  
 Et quid Mars foueat præmonet atque Venus:  
 Hoc sermone mihi fuit admirabilis vno  
 Protinus ille mihi vir venerandus erat:  
 Illius audieram multis præconia verbis:  
 Ac licuit coram plura notare quidem  
 Non tamen hunc martis rebamur ad arma paratum  
 Sed pacidæ tantum pacis habere decus:  
 Ecce ferebatur Titan per terg: Leonis,  
 Et sua quassabat spicea serta Ceres:  
 Cum per Menapios collecto milite campos  
 Tungrorum Gallis dilaceraret opes:

Anno Ghri- Iamque Louanenses muros hostilibus armis  
 vii. Cinxerat igni omnis attigeratq; globis:  
 Nec mora ni cœtus se dedat eiubus vltro,  
 Ferratis iactat vi reserare fores:  
 Pacis amans aliquis perq; otia longa solatus,  
 Placari Gallum consulit ære dato:  
 Ipse sed intrepidus diuersum consulit Vno  
 In medium prodit verbaq; prompta fuit:  
 Ne trepidite viri quamuis sit proximus hostis:  
 Fortibus in bello nulla pericula nocent:  
 Dedeceus o Ciues absit memorabile vestras,  
 Sospitibus vobis tollat vi hostis, opes:  
 Et vos o iuuenes obnoxia turbæ minerae  
 Sumere vos animum nunc Dea vestra iubet:  
 Neu reditis ut Tiro parma gladioq; relictis,  
 Vix bene conspecto marite parate fugam:  
 Quin pro communi modo vulnera ferte salutem  
 Si muros hostis scandere forte velit:  
 Galle ferox Belgas deuincere scepem minaris:  
 Sed ie i ricimus pernegat esse parem:  
 Nunc quid declini Cristas ætate resumus  
 Cum tua sub pedibus lilia strata iacent.  
 Hoc omen regni vertendi funditus esto  
 Sint ea vincendi præscia signa tui:  
 Dixerat atque animo depositi prelia certus,  
 Dummodo conspiciat mœnia salua mori:  
 Ciuica quem sequitur iuueniumque deinde corona  
 Atque arcent animo Delticas signa pari:  
 Non ego Groningam mirer sua Iura tueri,  
 Cum tales nobis educet illa viros:

## DECAS VNDECIMA

*Educat illa viros belliq; togæq; peritos  
Hoc virtute sua nobilis Vuo probat.*

103

Anno Chr.  
Sti.

DE M. SEVERINO HARLIN-  
gensi Ciue Louaniensi ad Bottonem  
Hoytes ita scribit.

**S**AEP E DuceM Cæsar Frisiæ submittit in arce  
*Qui seuo tutus præstet ab hoste vias*  
*Quiquæ magistratus dicit sanctumq; Senatum.*  
*Et populis tribuunt iura bilance pari:*  
*Olligat hoc merito Frisiæ sibi Cæsar habenas,*  
*Cogitat & grates illa referre memor:*  
*Ecce Seuerinus Frisiæ orundus in oris,*  
*Cæsar is in Patria viuit agitq; DuceM.*  
*Illius auspicio sua Pieris induit arma*  
*Pieridumquæ Comes quisquis in vrbe fuit*  
*Bella Louaniensi gereret cum Gallus in agro*  
*Terrorique ipsis mœnibus esset ouans:*  
*Non grauitas, virtus, constantia defuit illi:*  
*Non vsus belli non animosa fides:*  
*Ne cessa fidos Frisiæ submittere Cæsar*  
*Cum ditio fido reddat & illa Duces.*

Hac nos occasione Vuonis breuiter hic attigimus  
*vt ambos Duces grata memoria celebremus: quibus*  
*Louanienses tunc salutem suam non grauatum accep-*  
*ptam ferebant De bello hoc Louaniensi Lector videat*  
*opus Damiani Goesi qui Louanio præfectus fuit:*  
*Vuonem quidem nos non vidimus, sed Seuerino Lo-*  
*uanij diu familiares fuimus, qui totam istius Rosse-*  
*miana obfitionis Historiam suam aliquando nobis*

Anno Christi explicare non grauatus est: Floruit autem maximè VV.  
A.D. Helt circa annum 1560.

1506.

## DECAS D V ODECIM A.

## I. IOANNES ACRONIVS.

**I**OANNES Acronius, in Acronio natus qui pagus est in Fri. Territ. Uttingeradeleo Medicus & Mathematicus fuit, & Basileæ ob istarum artium professionē celeberrimus fuit, vbi & per multos annos versatus fuit, & tandem vita defunctus est anno 1563. Vir ætate adhuc florenti: In medecina quod euidem sciām nihil scripsit. In Mathematicis plura extare puto, quamquam nihil hactenus viderim: Nam cum Exphoridia agerem plurimas ab eo literas accipiebam, quibus me verum suarum certiorerem redderet, vt & ego eum vicissim mearum: scripsit autem literis suis quas adhuc habeo, se habere opera quadam absoluta ac typis iā estimata: Videlicet;

- Confectionem Astrolabij, & annuli astronomici.

- Item de sphera.

- Item de motu terræ.

## 2. Joannes Saxonius,

**I**oannes Saxonius Harstedius ex minori Frisia V.I. Doctor, Decanus fuit Ecclesiae Hamburgensis & Canonicus Bremensis vir insigni eruditione ac prudenter conspicuus: Qui in diuersis vniuersitatibus Iura publ. professus est: Hic circa annum 1559. Exphoridia clarissimo viro D. Doctori Henrico Knaustino valde familiaris erat, quo mediante & nobis ibi tum amicitia

cum

cum eo contigit, quam & absens per literas ille dein, Anno Christi-  
cepit scripsit multa ex quibus Bibliotheca recen-  
sent.

Commentariolum ad T. Liuinij historiarum ab ur-  
be condita lib. xxxi. & xxiiij. De secundo bello punico  
impressum Basilea apud Iohannem Oporinum anno 1547.  
Assertio eius de glossis Accursianis, & Bartholi consi-  
miliumq; Doctorum commentarijs, absq; ijs Ius Ci-  
uile intelligi recte non posse excusa est Basilea apud Ioh-  
annem Oporinum anno 1548.

Commentarius in orationem Ciceronis pro Sextio  
Roscio Amerino.

Item Oratio de utilitate studij dicendi.

Item alia de obseruandis legibus simul excusa sunt  
Basilea apud Ioh. Oporinum.

Hic sibi proposuerat conscribendam generalem totius  
Frisiae historiam eoque sine Bruxellam profectus Vigilio  
Zuichemontum Secreti Consilij per Belgium Praesidi As-  
sertionem suam illam de qua supra dictum est dedica-  
uit eo fine ut opera Vigili, qui plurimum ubique pote-  
rat, antiquitates patriæ ad institutum suum necessari-  
as consequeretur. Itaque Vigilius eum Senatu Regio  
in Frisia & præcipue D Aggeo Albae, Iulio à Geol ad  
uocato Regio, & Pastor Stephano Syluo commenda-  
uit. Quorum opera ille adiutus plurima antiquitatis  
monumenta conquisiuit: Quem postquam ego defun-  
ctum cognouisem Erphordiam literas ad Knaustinū  
dedi ac peti ut curam adhiberet, ut antiquitates illæ  
nostratibus in tuto essent. Sed Knaustinus fuerit Er-  
phordia Louaniū ad me 4. Augusti anno 1571. datis in  
hac verba respondit, ad Ioh. Saxonij inchoata historica

**Anno Chri-** quod attinet (inquit) scripta ad hæredes, & Germanā  
tti. fratrem eius, verum imperare nihil potui. Credo quod  
furi deripuerunt, quos vimam à præsepi bus arcere li-  
cuisset, nec enim perfecta examinis dulissima mella fu-  
ris debentur: Ego non immemor precum tuarum, &  
si qui quam hoc nominis forte & alias in posterum cō-  
perio fideliter transmittam, ut præclarum opus tuum  
quod in manibus habes quocunque modo adiuuem ha-  
ctenus ille: Nihil ex his ante Biennium cum ad claris-  
simum amplissimumq; Virum & mei ab ineunte etate  
amantisimum Dom. D. Hesselum ab Aysma scripsit  
sem de conquirendis antiquitatibus, in usum meum ille  
ignarus eius quod ego apud Knaustinum egisse ita  
ad verbum respondit scriptis litteris 12. Martij anno  
1590.

„ Memini (inquit) me aliquando à Julio de Geel Pro-  
„ curatore Regia audiuisse Ioannem Saxonum (sibene  
„ memini) in Frisia fuisse, & à se & Doctore Stephano  
„ Sylvio omnia pene Chromi a Frisia & vetustatis mo-  
„ numenâ accepisse, & in patriam suam tulisse, fide da-  
„ tavi Historiam conscriberet, qui tamen nihil præstuit:  
„ non abs re foret eius Viduam vel hæredes de ijs resitu-  
„ endis interpellari hactenus ille: Sic interim nos patrijs  
„ antiquitatibus paulatim denudati sumus: Florii Aut.  
„ hic circa annum Chr. 1564.

### 3. Regnerus Hallemius.

**R**egnerus Hallemius, natus in pago Hallemo qui  
est Territorio Feruerderadeleo studiorum gratia  
versatus in vniuersitate Heidelbergensi, scripsit Car-  
men Elegiacum in obitum Mariae Vxoris Frederici

Comi-

**C**omitis Palatinis Electoris, &c. Excusum Heidelbergae, à Martino Agriola: anno 1567. Scripsit & alia quedam que ad manus nostras non peruererunt: Frotuit Auctor circa annum Christi. 1565.

1565.

Anno Christi.  
st. i.

## 4. Volcherus Koyter.

**V**O L C H E R V S Coyter Frisius, Medicus Norbergæ praxin exercuit. ibidemque externarum & internalium principalium humani corporis partium tabulas atque anatomicas exercitationes nouis, & artificiosis figuris illustratas composuit: Quæ sunt excusæ Noribergæ anno Christi 1573. In folio in officina Theodoreti Gerlaceni: Auctor floruit circa annum Domini 1570.

1570.

Item tabulas eiusdem de ossibus & cartilaginibus humani corporis excusu 1567.

## 5. Theodorus Euroteles.

**T**H E O D O R V S Euroteles, natus est in pago Frisia dicto Oesterendt, qui est in Territorio Iteneraderadico: Voluit enim per nominis interpretationem Euroteles dici, cum Oesterendius dici posset: Hic diuersis locis scholas Triuiales rexit, cum ingenti discipulorum & frequentia & fructu: Primum Harlemi in Hollandia, deinde & Bolsuerdæ in Frisia & alibi: Multa scripsisse dicitur, sed quæ nos hactenus excusa cognouimus hec sunt:

Iudicium paridis super tribus de aureo malo ligantibus Deabus è Luciano in modum Tragœdie lusum. Exudit Iserandus Terstege Leonardus anno Chr.

1574.

Idem

Anno Christi  
1590.

quod attinet (inquit) scripta ad hæredes, & Germanā  
fratrem eius, verum impetrare nihil potui. Credo quod  
furi deripuerunt, quos utinam à præsepibus arcere li-  
cuisset, nec enim confecta examinis dulissima mella fu-  
ris debentur: Ego non immemor precum tuarum, &  
si quis quam hoc nominis forte & alias in posterum cō-  
perio fideliter transmittam, vt præclarum opus tuum  
quod in manibus habes quocunque modo adiuuem ha-  
ctenus ille: Nihil ex his ante Biennium cum ad claris-  
simum amplissimumq; Virum & mei ab ineunte at-a-  
te amantisimū Dom. D. Hesselum ab Aysma scripsis  
sem de conquirendis antiquitatibus, in usum meum ille  
ignarus eius quod ego apud Knaustinum egisse ita  
ad verbum respondit scriptis literis 12. Martij anno

1590.

„ Memini (inquit) me aliquando à Julio de Geel Pro-  
„ curatore Regia audiuisse Ioannem Saxonium (si bene  
„ memini) in Frisia fuisse, & à se & Doctore Stephano  
„ Syluio omnia pene Chronica Frisiae & vetustatis mo-  
„ numenā accepisse, & in patriam suam tulisse, fide da-  
„ ta vt Historiam conscriberet, qui tamen nihil præstuit:  
„ non abs re foret eius Viduam vel hæredes de ijs resitu  
„ endis interpellari hactenus ille: Sic interim nos patrijs  
„ antiquitatibus paulatim denudati sumus: Floruit Aut.  
„ hic circa annum Chr. 1564.

### 3. Regnerus Hallemius.

**R**egnerus Hallemius, natus in pago Hallemo qui  
est Territorio Feruerderadeleo studiorum gratia  
versatus in vniuersitate Heidelbergensi, scripsit Car-  
men Elegiacum in obitum Mariae Vxoris Frederici  
Comi-

Comitis Palatinis Electoris, &c. Excusum Heidelbergae, à Martino Agriola: anno 1567. Scripsit & alia quædam qua ad manus nostras non peruererunt: Fluit Auctor circa annum Christi. 1565.

1565.

Anno Christi.  
st. i.

## 4. Volcherus Koyter.

**V**O L C H E R V S Coyer Frisius, Medicus Noribergæ praxin exercuit. ibidemque externalium & internalium principialium humani corporis partium tabulas atque anatomicas exercitationes nouis, & artificiosis figuris illustratas composuit: Quæ sunt excusa Noribergæ anno Christi 1573. In folio in officina Theodorei Gerlaceni: Auctor floruit circa annum Domini 1570.

Item tabulas eiusdem de ossibus & cartilaginibus humani corporis excusu 1567.

1570.

## 5. Theodorus Euroteles.

**T**H E O D O R V S Euroteles, natus est in pago Frisia dicto Oesterendt, qui est in Territorio Itenerderadeleo: Voluit enim per nominis interpretationem Euroteles dici, cum Oesterendius dici posset: Hic diuersis locis scholas Triuiales rexit, cum ingenti discipulorum & frequentia & fructu: Primum Harlemi in Hollandia, deinde & Bolsuertie in Frisia & alibi: Multa scripsisse dicitur, sed quæ nos hactenus excusa cognouimus haec sunt:

Iudicium paridis super tribus de aureo malo ligantibus Deabus è Luciano in modum Tragœdie lusum. Exudit Iserandius Terstege Leonardus anno Chr.

1574.

Idem

Idem descripsit Carmine Elegiaco Horrendum illū Cataclysmum, qui Frisiā afflxit Calendis Nouembribus anno 1573. excludit Lithocomi: Floruit Auctor anno 1573.

## 6. Andreas Gryphius.

**A**ndreas Gryphius, cum in iuuentute sua literis humanioribus non infeliciter excultus esset, animusque illi ad rem bellicam propenderet, militiae tirociniū sub Carolo Quinto fecit: Itaque in eius expeditione ad Algieram fuit, in qua sic se gesit ut nobilitatis insignia illi in præmium virtutis Imperator conferret: Ornavit enim etiam Imperator iurisdictione Territorij Vttingerani, quam per multos annos summa cum aequitatis laude administravit: Tandem subortis in Friesia sacrī factionibus, varia fortuna iactatus, tandem suum diem obiit circa annum 1574: Collegit tum ex obseruatione propria, tum ex aliorum suggestione, tum etiam ex authorum lectione prognostica rustica non inepta, quibus & tempestates & aliae calamitates praedicti possent qua hominibus diuersis temporum revolutionibus accidere solent: Quæcum aliquando mihi in Borna domi sua exhiberet, editurum se in lucem promittebat. Quod tamen an factum sit equidem non scio: transmisit autem vīsibus meis ad subsidiū historia mea multa antiquatum monumenta egregia, & in his etiam reliquias Cappidi Stauriensis: Quæ mihi plurimū adiumenti attulerunt, vt hoc nomine illi gratias immortales debeam. Filium habuit vnum Vfconem Gryphium, qui à parentibus liberaliter educatus, & adhuc bonis Preceptoribus feliciter institutus est primū in Borna, deinde Leouardia. Vbi Triualibus expolitus

Louanium

Louanium se contulit, & Iuri Ciuli operam dedit: Sed Anno Chri.  
 cum esset non satis expedite lingue magis illi semper sti.  
 Theoria quam praxis iuris placuit: In patriam reuer-  
 sus in ædibus parentum se modestissimè continuuit, &  
 patrem suis collationibus iucundissimè refecit: Cumq;  
 pater à factiosis captus & in vincula coniectus esset,  
 pius filius vliro se loco patris ob sidem obtulit, donec pa-  
 ter Lytron suum, quod ab eo postulabatur inferret ac  
 solueret: Ingruenibus tandem per vniuersum belgium  
 motibus grauioribus cum in patria esse non posset ali-  
 quam diu castra Regia secutus est, ac tandem in eo  
 prælio, quod in deserto Mokensi commissum est perijt  
 non quidem ex vulnera aliquo sed mera siti suffocatus,  
 quod alijs ibidem eius commilitonibus accidit: Scripsit  
 hic Heroico carmine (quo multum valebat) historiam  
 expeditionis sua quam diu in castris fuisse, quam qui-  
 dem non iniucundam lectu fuisse, à fide dignis accepi-  
 mus: Editum tamen in lucem esse hactenus non audiui-  
 mus, non desunt qui afferant opus hoc paulo ante mor-  
 tem auctoris à Proteruo quodam commilitone eius in  
 ignem conieciūm conflagrasse.

### 7. Fredericus siue Feico Viærra.

**F**redericus siue Feico Viærra honestissimis parenti-  
 bus natus est in pago Viera, qui est in Territorio Me-  
 naldumæno prope Bellocum, vnde & Viærra dici  
 voluit: Hic singulari ingenio præditus fuit: Et cum in  
 quovis disciplinarum genere posset quantum vellet,  
 in Musicis, tantum excellere studuit. Itaque in  
 testitudine præcipue emicuit, in qua & cantiones ali-  
 quot diuersarum vocum composuit elegantes, quæ Lo-  
 uanij & alibi excusæ: Carminum etiam syluam ab eo  
 compo-

Anno Chri-  
sti.

composita Louanijs vidimus , sed an ea sit excusa typis  
compertum non habemus: Venam certe habuit in fun-  
dendo carmine facilem ac fluendam, & quæ factibus  
oportunis non careret : Louanijs optimam etatis sua  
partem contriuit: Galliam tamen & Germaniam vi-  
dendi potissimum gratia per agrauit: A Egrè tandem in  
patriam reductus ad politicas actiones , quas semper  
fugerat , non sine felici successu se accommodauit:  
Mortuus est in patria , vt accepimus , circa annum  
Christi 1574. Cum nos relicta Erphordia ad Cardina-  
lem Granuellanum acciti Venissimus anno 1562. Ille  
nos Louanijs AEroslichide salutauit quam in memo-  
riam eius hic subyiciemus: Cum paulo melius vita no-  
stræ cursum indicet , quam Henricus Panthaleo in Pro-  
sopographia sua: M. Suffrido Petro, &c:

M. S V F F R I D O P E T R O  
suo Frederic. Viæra  
Frisius.

S ERTA Comis hedere Phœbeiaq; lauræ cedat,  
Vatibus hic sacris semper habetur honos:  
Frisia quem genuit fœlici vberrima partu,  
Frisia Doctorum fertilis illa parens:  
Rara dedit iuueni crescenti munera Phœbus,  
Ingenij studijs hinc tamen auxit opes  
Doctus erat, docuit iuuenili etate iuuentam.  
Virtutem summa religione fouens:  
Suspicit hinc vlnis Academia Belgica paſſis  
Per varium Sophie ducere sueta genus.

DECAS DVODECIMA

Et Thuringorum precibus commota potentium  
Teuhonicis posthac mittit ad arua soli:  
Restituit quibus ille suo prope cuncta nutori  
Vindice dans linguis arte duabus opem.  
Sed mox hac cecidit spe, dudu Erphordia fœlix,  
Fatæ negant longa prosperitate frui:  
Rursus enim patrias reuocatur Petrus ad oras

Inq, Aulam ambigua conditione venit:  
Sed nimius candor, sed mens quoque nescia fraudum  
In tali haud patitur viuere posse loco:  
Vita Viro tranquilla placet studijsq, ditata:  
Suspicit hanc sapiens, hanc fouet ipse Deus.

8, Vilhelmus Canterus.

**S**i quis absolutum specimen desideret hominis stu-  
diosi, & eius qui literis promouendis totius se con-  
secravit, in Guliemo Cantero ad amissim expressum  
reperiatur. Quem inter Scriptores Frisios merito nobis  
recensem arbitramur, cum parentes eius partum  
Leouardienses partim Gruningani fuerunt, ipseq, Ul-  
traiecti natus sit: Ut enim Leouardiam & Gruningam  
hodie in Frisia esse nemo dubitabat, ita etiam Ultra-  
iectum olim Regum nostrorum tempore portionem Fri-  
sia fuisse certissimum est. Nec illud quisquam negau-  
erit, Leouardienses omnes & Gruninganos Ultraiecti-  
nis esse conterraneos, si communem his Ultraiecti posi-  
tam Dincæsios Archiepiscopalis sedem consideres. Quo  
accedit quod Cantero non modo fundi aucti prope Leo-  
uardiam hactenus integri sint, sed & in eadem ciuta-  
te complures superstites sint, qui illi sanguine iuncti  
sunt, ipseque demum illic sedem figere constituerit, si  
modo vita superiisset.

III  
Anno Chr.  
Sti.

## DE S C R I P T O R I B V S F R I S I A E

Vt igitur & expeditius originem huiusc Viri explicemus, illud in primis est sciendum, Cant. familias dū s. easdemq; non modo diuersæ gentis, sed etiam diuersæ nationis esse, q; arum altera Leouardia & quæ Occidentalis Frisia Metropolis est, altera Gruningæ velut indigena, viraq; autem apud suos tum vetustissima tū honestissima agnoscitur: Vir amque tamen ex vna eademq; Origene olim fluxisse, eiusq; originis radices in Occidentali Frisia primum pullulasse, Genealogia satis alie repetita nobis præsentibus hic præsens aliquando declarauit p.m. clar. Vir ac Dom. Doctor Rembertus Dodoneus. De quo alias commodius dicemus.

Ex Gruningana illa familia Canteros aliquot, ob singularem eruditionem miraculi instar celebravit Erasmus Roterodamus. Fuitq; nuper vir præstantissimus & Senatorij ordinis in ciuitate Gruningana Iohannes Canterus. Et nobis adolescentibus ante triginta annos Louaniæ familiaris fuit, egregius tum iuuenis & relata Ioachimus Canterus, & supersunt summae spei Liberi sui.

Ex Leouardiana familia originem duxit hic noster. Cuius vi Agnati, ita Cognati illic tum ob auitam tum ob suam integritatem atque prudentiam omnibus hodie noti sunt ac venerabiles: Extant enim Leouardie, vt plurima, ita etiam splendidissima monumenta, qua non minus diuturnitate temporis antiquitatem, quam actorum præstantia excellentiam illorum declarant: Vtpote, qui gerendis magistratibus studium Ciivilis iustitia, Dotandis Ecclesiis curam Religionis Christianæ erigendis Orphanotrophijs & Xenodochijs sollicitudinem pauperum iuuandorum, cum primis habuisse publi-

publicis annalibus memorantur. Quare & merita illorū, & instituti nostri ratio flagitat, vt Genealogiā eius paucis hic deducamus. Ex qua intelligi posſit, qua dignitate, quo splendore eius Agnati & Cognatiūm Leouardia tum Gruningae, tum Ulraiecti fuerint.

Et quod quidem ad paternam eius prosapiam attinet, ipſe Guilielmus patrem ſuum Lambertum, Aut Vilhelmum Canterum nominat, Rembertus Dodonaus proauum ei Lambertum tribuit, eiusq; vxorem Vitā nominat ac filiā fuiffe aſſerit clariſſ. viri Ioannis ab Aucama, cui Pater fuit V.I. consultiſſimus Petrus ab Aucama; ille qui Leouardiensem ciuitatem primus vallo cinxit, & eandem Senior aliquandiu gubernauit: Ideoque ne eadem ſepius inculcemus qui prosapiam cognatorum Canteri cognoscere velis que frequens hodie & splendida Leouardiae eſt, videat eam ſupra in Petro Aucamano: Dec. 9. capite. i.

Ex Agnatis Canteri nostri, vixit memoria mea vir preſtantissimus Iacobus Canterus qui Consul vrbis Leouardiensis aliquandiu fuit, reliquitq; filios tres, Albertum qui ſiue liberis deceſſit, D. Iacobum Sacerdotem ad S. Vitum in aula veteri virum integræ vitæ, & Franciſcum, qui Consul vrbis Leouardiensis aliquandiu fuit, ex quo cū liberi ſuperſtitieſ non ſunt, ſatis appetet, quam nō ſint ſtabiles ac perpetuae res humanae.

Vilhelmuſ igitur Canterus Lamberii pater, poſtquam ad virilem etatem perueniſſet, ſecutus coimoditatem ſuam, relictā Leouardia, Gruningam ſe-

Vilhelmuſ  
Canterus.

Anno Chri. contulit: Est autem Gruninga caput Gruningiae, hoo  
 est, peculiaris ditionis sua: Quæ tamensi pars Frisia  
 sit, inter Occidentalem & Orientalem Frisiam inter-  
 iecta, suis limitibus tamen, hoc est, amisi & lauica, v-  
 trimque terminata est: hic ille ducta vxore sedes fi-  
 xit, & cum vir esset eruditus ac prudens in Senatum  
 cooptatus, illam Rempub. aliquamdiu summa cum  
 laude gubernauit, ac tandem cooperante potissimum  
 ipsi Toparcha Frisiae, viro fortissimo generosissimoq;  
 Barone de Tautenburgh, Domino Georgio Schenck,  
 saluberrimis consilijs ciues suos eo induxit, ut Grunin-  
 ningam Gruningiamq; suam Carolo Quinto submit-  
 terent, quod & factum est anno 1536. Porro autem  
 cum Gulielmo Cantero undecim liberi ex uxore na-  
 ti essent, unus duntaxat filius Lambertus, defunctis  
 reliquis hæres parentibus superstes fuit. Cuius vitam  
 qui plenius cognoscere desiderabunt, ex cap. 26. libri  
 secundi Nouarum lectionum Gulielmi Canteri nostri  
 petent, vbi parentis optimè meriti filius gratus ex pro-  
 fesso memoriam celebravit. Lambertus igitur Can-  
 terus, postquam absoluto studiorum cursu viriusq;  
 Iuris Lauream consecutus, in patriam rediisset, a Ca-  
 rolo Quinto in senatum Curia Ultraiectinae electus  
 est, quod accidit circa annum 1540. Quo tempore Se-  
 natui illic praesidebat, ni fallor, Vir clarissimus D. M.  
 Martinus Nardenus, is qui non multo post istinc trans-  
 latus, & Gruninganæ ditionis Vicepræfectus consti-  
 tutus, successorem Ultraiecti habuit Dominum He-  
 ctorem Hoxuirium Frisium: Mouerat autem Carol.  
 V. vt id faceret, non modo virtus & eruditio Lamber-  
 tum

Lambe-  
 tus Can-  
 terus.

Hoxuir.

tum Auunculus magnus illius Pet., ab Aucama Io. filius in rebus Gruning. atq; Fris. cōponendis, vt dictum est, in illum nuper contulerant. Nihil enim Carolo Quinto antiquius esse solet, quam eos rebus gerendis præficere, quorū maioribus officiū præstiti nomine se obstrictum agnoscebat, modo eos ab illorum industria non degenerare compcriisset: Porro autem Lambertus ea dignitate auctus, fixis Ultraiecti sedibus, haud multo post matrimoniū contraxit, dūcta in uxorem honestissima virgine Ioanna, filia amplissimi viri Domini Theodorici de VVyck. Cuīs maiores familie splendore nobilissimi rerum affluētia potentissimi, eruditione atque sapientia cum primis admirandi, maximæ semper in Repub. Ultraiectina fuerunt auctoritatis, ac temporibus tam aduersis quam prosperis, re atq; consilio tum publicè tum priuatim Ciubus suis promissimè adfuerunt: Nati sunt Lamberto Cantero ex hac uxore libri tres: Gulielmus de quo hic dictūrū sumus, item Theodorus & Ioanna puella. Natus est Gulielmus Canterus anno Domini 1542. vigeſima quarta iulij, quæ dies Luna fuit, intra decimam & vndecimam horam antemeridianam. Hic autem quo studio futurus esset, statim à nativitate sua præsagio nequaquam ambiguo declarauit, utpote qui dum infans adhuc in ſimū nutricis hæreret, nulla re magis delectaretur quam libris: Et si quando in vagitum solutus puerili. Præsagium ex indole

esset, nullo ſolatio citius, quam libri alicuius oblatione placari posset, libroſq; dum correctate atque voluere concederetur, facile omnis incommodi atque molestia obliuisceretur: Parens vt

Anno Chri. contulit: Est autem Gruninga caput Gruningie, hoo  
est, peculiaris ditionis sua: Quæ tamensi pars Frisia  
sit, inter Occidentalem & Orientalem Frisiam inter-  
iecta, suis limitibus tamen, hoc est, amisi & lauica, v-  
trime terminata est: hic ille ducta vxore sedes si-  
xit, & cum vir esset eruditus ac prudens in Senatum  
cooptatus, illam Rempub. aliquamdiu summa cum  
laude gubernauit, ac tandem cooperante potissimum  
ipsi Toparcha Frisiae, viro fortissimo generosissimoq,  
Barone de Tautenburgh, Domino Georgio Schenck,  
saluberrimis consilijs ciues suos eo induxit, ut Grunin-  
ningam Gruningiamq, suam Carolo Quinto submit-  
terent, quod & factum est anno 1536. Perrò autem  
cum Gulielmo Cantero undecim liberi ex uxore na-  
ti essent, unus duntaxat filius Lambertus, defunctis  
reliquis hæres parentibus superstes fuit. Cuius vitam  
qui plenius cognoscere desiderabunt, ex cap. 26. libri  
secundi Nouarum lectionum Gulielmi Canteri nostri  
petent, ubi parentis optimè meriti filius gratus ex pro-  
fesso memoriam celebravit. Lambertus igitur Can-  
terus, postquam absolute studiorum cursu viriusq,  
Iuris Lauream consecutus, in patriam rediisset, a Ca-  
rolo Quinto in senatum Curie Ultraiectinae allectus  
est, quod accidit circa annum 1540. Quo tempore Se-  
natui illic praesidebat, ni fallor, Vir clarissimus D. M.  
Martinus Nardenus, is qui non multo post istinc trans-  
latus, & Gruningane ditionis Vicepræfectus consti-  
tutus, successorem Ultraiecti habuit Dominum He-  
ctorem Hoxuirium Frisum: Mouerat autem Carol.  
V. vt id faceret, non modo virtus & eruditio Lamber-

Lamber-  
tus Can-  
terus.

re  
summa  
cum  
laude  
gubernauit,  
ac tandem  
cooperante  
potissimum  
ipsi Toparcha  
Frisiae, viro  
fortissimo  
generosissimoq,  
Barone de  
Tautenburgh,  
Domino  
Georgio  
Schenck,  
saluberrimis  
consilijs  
ciues  
eo  
induxit, ut  
Gruningam  
Gruningiamq,  
suam  
Carolo  
Quinto  
submit-  
terent,  
quod &  
factum  
est  
anno  
1536.  
Perrò  
autem  
cum  
Gulielmo  
Cantero  
undecim  
liberi  
ex  
uxore  
na-  
ti  
essent,  
vnus  
duntaxat  
filius  
Lambertus,  
defunctis  
reliquis  
hæres  
parentibus  
superstes  
fuit. Cuius  
vitam  
qui  
plenius  
cognoscere  
desiderabunt,  
ex  
cap.  
26.  
libri  
secundi  
Nouarum  
lectionum  
Gulielmi  
Canteri  
nostri  
petent,  
ubi  
parentis  
optimè  
meriti  
filius  
gratus  
ex  
pro-  
fesso  
memoriam  
celebravit.  
Lambertus  
igitur  
Can-  
terus,  
postquam  
absolute  
studiorum  
cursu  
viriusq,  
Iuris  
Lauream  
consecutus,  
in  
patriam  
rediisset,  
a  
Ca-  
rolo  
Quinto  
in  
senatum  
Curie  
Ultraiectinae  
allectus  
est,  
quod  
accidit  
circa  
annum  
1540.  
Quo  
tempore  
Se-  
natui  
illic  
praesidebat,  
ni  
fallor,  
Vir  
clarissimus  
D. M.  
Martinus  
Nardenus,  
is  
qui  
non  
multo  
post  
istinc  
trans-  
latus,  
&  
Gruningane  
ditionis  
Vicepræfectus  
consti-  
tutus,  
successorem  
Ultraiecti  
habuit  
Dominum  
He-  
ctorem  
Hoxuirium  
Frisum:  
Mouerat  
autem  
Carol.  
V. vt  
id  
faceret,  
non  
modo  
virtus  
&  
eruditio  
Lamber-  
tus  
Can-  
terus.

Hxuir.

rum Auunculus magnus illius Pet., ab Aucama Iō.  
 filius in rebus Gruning. atq; Frij. cōponendis, vt di-  
 cūm est, in illum nuper contulerant. Nihil enim Ca-  
 rolo Quinto antiquius esse solet; quam eos rebus ge-  
 rendis præficere, quorū maioribus officiū præstī no-  
 mine se obstrictum agnoscēbat, modo eos ab illorum  
 industria non degenerare comperisset: Porrò autem  
 Lambertus ea dignitate auctus, fixis Ultraiecti sedi-  
 bus, haud multo post matrimonium contraxit, du-  
 cēta in uxorem honestissima virgine Ioanna, filia am-  
 plissimi viri Domini Theodorici de VVyck. Cuīs  
 maiores familie splendore nobilissimi rerum affluen-  
 tiae potentissimi, eruditione atque sapientia cum pri-  
 mis admirandi, maxima semper in Repub. Ultraiecti-  
 na fuerunt auctoritatis, ac temporibus tam aduer-  
 sis quam prosperis, re atq; consilio tum publicè tum  
 priuatim Ciubus suis promissimè adfuerunt: Nati  
 sunt Lamberto Cantero ex hac uxore libri tres: Gu-  
 lielmus de quo hic dictūrū sumus, item Theodorus &  
 Ioanna puella. Natus est Gulielmus Canterus anno  
 Domini 1542. vigeſima quarta iulij, quæ dies Luna  
 fuit, intra decimam & vndecimam horam anteme-  
 ridianam. Hic autem quo studio futurus esset,  
 statim à nativitate sua præsagio nequaquam am-  
 biguo declarauit, vt pote qui dum infans adhuc  
 in ſinu nutricis hæreret, nulla re magis delectare-  
 tur quam libris: Et ſi quando in vagitum solutus  
 esset, nullo ſolatio citius, quam libri alicuius obla-  
 tione placari posset, libroſq; dum conrecta-  
 re atque voluere concederetur, facile omnis incom-  
 modi atque molestia obliuisceretur: Parens ut

Gulielmus  
Canterus:

Præſagium  
ex indole  
puerili.

Anno Chri.  
scil.

vir prudens, hinc eam de filio conjecturam sumpfit,  
quod is ad egregiam eruditionem peruenturus, &  
insigne rei literariae columnen aliquando futurus esset:  
de Pindaro, de Platone, de Virgilio. de alijs nonnullis  
eruditis admiranda quadam præsagia futura  
præstantiae commemorant historiæ veterum Ethni-  
corum, illud proprius ad nostrum hunc accedit, quod  
de D. Athanasio refert Ecclesiastica historia, quæ au-  
thor est, hunc à teneris statim vnguiculis, dum inter  
æquales suos puer lusitaret, Ecclesiasticis officijs præ-  
cipue fungi delectatū: Eaq; ex re, Alexandrine sedis  
Episcopum ducta conjectura fore aliquando hunc in  
signem Christianæ gregis Pastorem, dedisse operari  
ut à puero statim Sacris literis per Doctores Ortho-  
doxos fideliter institueretur: Eodem igitur modo etiā  
Lambertus Canterus, quod bonum parentem decuit,  
in filio prospexit, ut agro ferocissimo debitus adhibe-  
retur cultus: Neque enim, vt vulgo feremus est, in  
septimum usq; annum institutione dilata indulgentia  
muliebri puerum corrupti passus est, sed ab ipsis  
mox incunabulis, vna cum ipso lacte instillari voluit,  
quæ ad præsentem captum idonea, ad futurum pro-  
fectum necessaria esse iudicabat: Itaque non modo  
pedagogum atque custodem diligentem puero, mox  
adhibuit, sed et ipse quoque pedagogi atque præceptio-  
ris officio functus quoad in viuis fuit, intra septa fa-  
miliae suæ doctrinam disciplinamq; præstítit. Interim  
vero cum primum per etatem, & corpusculi vires li-  
cuit, hoc est anno Domini 1548. post Pascha anno et-  
atis sua sexto nondum completo, ad scholas publicas  
eum deduci voluit: ut & frequentia assuesceret, & a-

Institutio  
Canteti.

qua-

qualium emulatione in maius ac melius proficeret. Praefuit ea tempestate schola Ultraiectina vir doctissimus & formanda iuuentutis longè peritiissimus, scriptisq; suis, ut multis, ita etiam preclaris celeberrimus Georgius Macropedius: Quo Praeceptor, tametsi ego Canterburyum nostrum ob, etatem suam & illius mortem, haud multo postea subsecutam, non magnopere vsum putem, tamen & hoc ipsum quantum fuit profuit, & ipsa hoc Rectore instituta disciplina, tueribus deinceps Hypodidascalis eius & successoribus plurimum adiumenti, ad eruditio[n]is incrementum tulit: Iactis igitur hic fideliter virtusque linguae & fundamentis anno 1554. mox a Ferijs Paschalibus agens annum etatis duodecimum, cum parens non multo, ante infata cocessisset, ad capiendum amplior[er] ingenij cultum Louaniunt missus est: Ibi cum eruditissimo viro Cornelio Valerio Ultraiectino lingua Latinae professori celeberrimo in disciplinam datus esset, eiusq; lateri primum per quatuor integros annos in edibus viri V.I. Consultissimi Domini Doctoris Lamberti Harij Ultraiectini adhesisset, ac postea in collegio etiam Buslidiano aliquandiu adfuisisset, summam excolendi ingenij occasionem nactus fuit: Habebat enim in priore illo hospitio ipsum hospitem, virum præstantissimum, habebat in altero præter ipsum collegij istius Præsidem, virum vndiqueque doctissimum trium linguarum professores publicos, cum quibus illi tum domus tum mensa communis esset, ita ut horum non modo exemplis exuscitari ad virtutem, sed etiam collationibus in literis institui quotidie posset. Habebat vir obique præterea contubernium plu-

Canterus  
præcepto-  
re vusu Cor-  
nelio Vale-  
rio Ultraie-  
ctino.

Coturber-  
nales! Carr-

Anno Chri-  
 ri. riorum selectissimorum adolescentium, quorum op-  
 ra mutua emulationem, & emulatione alacritatem in stu-  
 dijs prosequendis accenderet. Habebat deniq; p̄ace-  
 ptore illum singulare erudiendā iuuentutis artificem,  
 cuius ductū tuto sequeretur. Qui quantum in hac pa-  
 lastra valeret, multis annis publicē priuativerq; sum-  
 mo cum rei literariae commodo, nec minori Louaniens  
 sis vniuersitatis ornamento tum scriptis tum viua vo-  
 ce declarauit: Vt pote cuius scripta, que in omnes Pbi-  
 losophie partes publicata extant, ob eruditam cōmo-  
 ditatem omnibus ferè in scholis iuuentuti p̄aegatut  
 viua tamen vocis ea p̄a his energia, ea vis erat, vt q̄  
 Aristoteles de se ad Alexandrum scripsisse fertur, de  
 hoc Auct. verissimè dici possit, eum demū Cor. Valerij  
 scripta rectè intellectissime, qui ipsum hæc viua voce tra-  
 dentem auduiisset: Quantum igitur Canterus hoc tē-  
 poris curriculo hic profecerit, non tam indefatigabili  
 eius studio, quam euenu ipso declaratur est, cum q̄  
 latine & græce scribendi facultate, & non solum Dia-  
 lecticorum & Rethorum præceptis, verum etiam co-  
 rum usu & exercitatione & totius Philosophiae ru-  
 dimentis fidelissimè instructus fuerit: Cum iam in  
 omni serè scriptionis genere versatus esset, & modo  
 latinas & græcas epistolas singulis hebdomadibus nō  
 infelicitè scripsisset, modo Græcos scriptores inter-  
 pretatus, Poëtas carmine, Oratores & Historicos  
 oratione soluta reddidisset, interdū etiā Coemendas nō  
 omnino cōtemendas composuisset, aliaq; præstisset,  
 que absolute iam eruditioris argumenta nequaquam  
 dubia p̄aberent. Que omnia recognoscens preceptor  
 diligens admirabatur ingenij ad quiduis apti felici-  
 tatem & inscribendo industriam: Quamvis igitur v-

Profectus  
Canteri.

Exercitia  
Canteric.

quo illo Troiano rei bellicae, ita ex huius virti sinu rei  
 literariae principes infiniti prodierint, se tamen horū  
 omnium neminem vñquam tanto amore fuisse prosee-  
 cutum atq; hunc Canterum, ipse non modo scriptis erga dis-  
 publicis profiteri dignatus est, sed etiam quoad ille incipulum.  
 viuis fuit, re ipsa comprobauit. Ex singulari enim illo  
 ingenio & continentis studio adolescenti, vir pruden-  
 tissimus facile collegit ex hoc discipulo, yberrimos la-  
 borum suorum fructus ad Rempub. literariam esse re-  
 dundaturos, neq; difficulter ex promptissima illa eius  
 erga obseruantia prospexit, dignum fore illum, quē  
 amore tanto prosequere iur: In quorum etiam neutro  
 cum sua fuisse expectatione frustratum, euentus lu-  
 culentissime declarauit, cum ille & tantus in re lite-  
 raria euaserit, quātum fuisse doctissima ipsius scripta  
 testantur, & eo amore illum ad extreum usq; spiritu-  
 rum viciōm prosecutus sit, quo Praeceptorem optimè  
 meritum discipulus gratus debet. Cum igitur ille ado-  
 lescentem ad Græcanicæ magis, quam ad latine litera-  
 tæ studium suapte natura propensum animaduer-  
 teret, instarentq; amici, vt in Galliā mitteretur, quo ad Græcas  
 interim dū studia absoluit, aliud agens, etiam Regio-  
 nis eius & nationis & lingua cognitionē sibi compara-  
 ret, auctor illi fuit vt Lutetiam proficeretur, ac Re-  
 gio Gracarū literarum professori, viro longe doctissi-  
 mo, lo. Aurato se applicaret, quo maior esset oportuni-  
 tas promouēda natura in q; ipsa proclivis erat: Cui eo  
 filio cū ipse libenter obieperasset natus iā annos 16.  
 anno D. 1559 in Gallias profectus est. Ad Auratū ta-  
 mē nō venit ante ii diē Octob. insequētis anni, apud  
 u ē porrò gratissimus hospes vixit usq; ad mēsem Au-

Canterus  
 ad Græcas  
 literas ma-  
 gis proper-  
 sus.

Ioanni Au-  
 rato Pari-  
 se applic-  
 cat:

Anno Chri- riorum selectissimorum adolescentium, quorum op-  
 sti. ra mutua emulationem, emulatio alacritatem in stu-  
 dijs prosequendis accenderet. Habebat deniq; praece-  
 pitore illum singularē erudienda iuuentutis artificem,  
 cuius ductū tuis sequeretur. Qui quantum in hac pa-  
 lastra valeret, multis annis publicè priuatim: q; sum-  
 mo cum rei literaria commodo, nec minori Louanien-  
 sis vniuersitatis ornamento tum scriptis tum viua vo-  
 ce declarauit: Ut pote cuius scripta, que in omnes Phi-  
 losophie partes publicata extant, ob eruditam cōmo-  
 ditatem omnibus ferè in scholis iuuentuti pralegātur  
 viua tamen vocis ea p̄e his energia, ea vis erat, vt q;  
 Aristoteles de se ad Alexandrum scripsisse fertur, de  
 hoc Auct. verissimè dici possit, eum demū Cor. Valerij  
 scripta rectè intellexisse, qui ipsum hęc viua voce tra-  
 dentem audiuisset: Quantum igitur Canterū hoc tē-  
 poris curriculo hic profecerit, non tam indefatigabili-  
 eius studio, quam euentu ipso declaratuū est, cum &  
 Latinè & grācē scribendi facultate, & non solum Dia-  
 lectorum & Retherum praeceptis, verum etiam eo-  
 rum vsu & exercitatione & totius Philosophiae ru-  
 dimentis fideliſſimè instructus fuerit: Cum iam in  
 omnī ferè scriptioris genere versatus esset, & modo  
 Latinas & grācas epistolās singulis hebdomadibus nō  
 infeliciter scripsisset, modo Graecos scriptores inter-  
 pretatus, Poëtas carmine, Oratores & Historicos  
 oratione soluta reddidisset, interdū etiā Cœmedias nō  
 omnino cōtemendas compoſuisset, aliaq; præstitisset,  
 que absolute iam eruditionis argumenta nequaquam  
 dubia praebarent. Que omnia recognoscens præceptor  
 diligens admirabatur ingenij ad quiduis apti felici-  
 tam & inscribendo industriam: Quamvis igitur vi-

Profeccius  
Canteri.

Exercitia  
Canteri.

equo illo Troiano rei bellicæ, ita ex huius viri sinu rei literariæ principes infiniti prodierint, se tamen horū omnium neminem vñquam tanto amore fuisse prose-  
 cutum atq; hunc Canterum, ipse non modo scriptis ris erga dis-  
 publicis profiteri dignatus est, sed etiam quoad ille in-  
 viuis fuit, re ipsa comprobauit: Ex singulari enim illo  
 ingenio & continentis studio adolescenti, vir prudenter-  
 tissimus facile collegit ex hoc discipulo, yberrimos la-  
 borum suorum fructus ad Rempub. literariam esse re-  
 dundaturos, neq; difficulter ex promptissima illa eius  
 erga se obseruantia prospexit, dignum fore illum, quæ  
 amore tanto prosequeretur: In quorum etiam neutro  
 eum sua fuisse expectatione frustratum, cunctus lu-  
 culemissime declarauit, cum ille & tantus in re litera-  
 ria euaserit, quātum fuisse doctissima ipsius scripta  
 testantur, & eo amore illum ad extreum usq; spiritu  
 vicissim prosecutus sit, quo Preceptorem optimè  
 meritum discipulus gratus debet. Cum igitur ille ado-  
 lescentem ad Græcanicæ magis, quam ad latine litera-  
 tare studium suapte natura propensum animaduer-  
 teret, instantemq; amici, vt in Galliā mitteretur, quo ad Græcas  
 interim dū studia absoluit, aliud agens, etiam Regio-  
 nis eius & nationis & lingua cognitaniē sibi compara-  
 ret, auctor illi fuit vt Lutetiam proficisci eretur, ac Re-  
 gio Græcarū literarum professori, viro longe doctissi-  
 mo, 10. Aurato se applicaret, quo maior esset oportuni-  
 tas promouenda naturæ in q; ipsa procluis erat: Cui cō filio cū ipse libenter obiēperasset natus iā annos 16.  
 anno D. 1559. in Gallias profectus est. Ad Auratū ta-  
 mē nō venit ante iij. diē Octob. insequētis anni, apud Au-  
 tu ē porr̄e gratissimus hospes vixit usq; ad mēsem Au-  
 gusti

Anno Chri-  
st. gustū anni 1562. Quo tempore motibus quibusdam  
ibi coortis, versari diutius non satis tutum videbatur.  
Inter ea igitur temporis, cum apud hunc & audiendo  
& conferendo plurimum profecisset, etiam alios alia  
rum facultatum professores cognoscere, & accrescē-  
re una cum etate etiam eruditione atque iudicio, sua  
Peregrina-  
tio Cante-  
ri. quog, in medium proferre, ac tandem cum eruditis  
in arenam descendere cepit: Hoc modo confirmatus,  
cum omnes conatus suo ad rei literarie emolumenū  
conferre decreuisset, Germaniam atq, Italiam sibi  
perlustrandam iudicauit, non modo vt eruditos ibi  
visitaret, & populares linguis perdisceret, ipsasq, Re  
gione cognosceret, sed etiam vt veterum Authorum,  
Gracorum potissimum, scripta conquireret, quibus in  
lucē eruendis, & ab imeritu vindicandis ad publicam  
Ecclesie utilitatem momeni plurimum se allatu  
rum arbitaretur. Relicta igitur eo consilio Lutetia,  
cum eruditorum quorundam gratia, quorum fama  
excitus erat, aliquot vniuersitates Galliae lustrasset,  
in patriam reuersus ea, comparauit, que ad propositiā  
peregrinationem necessaria videbantur. Inter Italia  
vniuersitates Bononiam potissimum coluit & Pa  
tium, Venetias etiam videre placuit, non modo ob  
maiestatem vrbis ipsius, & Reipub. celebritatem, ve  
rum etiam, quo d' ibi, vt omnium rerum, ita etiā Gra  
corum Codicum mercimonia esse intelligeret. Gracis  
compluribus, non solum omnis generis opera veterum  
Scriptorum ex patria istuc venum importantibus,  
sed & eo etiam opificio vitā sustentantibus, quo maio  
rum suorum scripta questus gratia describunt ac ven  
dunt: Quo loci ea tempestate se forte fortuna appu  
lisse

lisse mihi aliquando retulit, qua defuncti illic viri clariſſimi Diegi Hurtadi celeberrima illa Bibliotheca diſtraheretur, ex qua tamen an ille quicquam fuerit conſecutus, euidem non ſatis commiēmini: Romam inde cogitauerat. Sed quo minus iter iam ſuceptum perſiceret, aſtus, cuius fuit impatiētissimus, impediuit: Iſtinc igūr ita repulſus, in Germaniam ſe contulit, & Basilia tēpore ſatis diuino versatus eſt, & cōtribernalē habuit ampliſſimum virum ac celeberrimū medicum Dominum Doctorem Henricum Butterū, vbi & primos, ni fallor ingeniū ſui ſcetus in lucem edi- dit: Iſtinc tandem reuersus per continuos fere octo an nos Louaniū versatus eſt: Quo tempore ut pro arbitrio ſuo rationem vita commodiūs iſtitueret, apud com- modum aliquem hōpitem propria quadra potiſſimū vixit. Dicere enim ſolet, Platonem quidem in medijs Sicilia & diličij continentiam poiuſſe iueri ſuam, ſed tamen & conſuetudine Dionisij minime delectatum, & morib⁹ Arislippi grauiter offendit; & viroſq; vi- ciſſim fuſſe inauisum, nec uſquā proinde commodi- us egiffe, quam in Academia ſua: Illud enim quod ve- teri proverbio dicitur, aut bibat aut abeat, vniue- riumento eſſe debere, ut ſolus potius agat, quā eius- modi conſertio ſe applicet, à cuius moribus, mores ſui diſcrepent: Quamquam igitur adolescentibus, qui ſtu- diorum gratia illic versantur: nihil magis ex uſuſit, quā ut vel in collegio aliquo celebri, vel apud eruditū aliquem inſignem annuum victum emant, vbi diſciplina bene conſtituta, praeceptoris doctrina & exem- plis, ut & aequalium inter ſe emulatione, tum in lite- ris, tum in moribus erudiantur, tamen id Cantero

Anno Chri-  
ſti.

Bibliotheca.  
Diegi Hurtadi  
de Mendoca.

Canterus  
Louaniū  
redit.

Dicēta Can-  
teri.

Anno Chri- **omnibus virtutibus ac literis iam consummato con-**  
**fi.** **uenire non poterat. Et proinde nec preceptor ipse cui**  
**prater sententiam suam adolescentum gratia saepe**  
**multa simulanda, multa dissimulanda sunt, hospes**  
**congruus, neq; adolescentibus, quibus pro aetatis, in-**  
**dolis, ac profectus ratione multa indulgenda, mul-**  
**ta deneganda sunt, contubernialis idoneus esse potuit.**  
**Fouere autem familiam propriam & eius gratia i-**  
**b; priuatim domum conducere supellecilem compa-**  
**rare, familitium assiscere, vt ad rem familiarem**  
**minus utile ei futurum erat, qui diu hic non herere**  
**proposuerat, ita etiam propter adnexas curas atq;**  
**molestias conatus eius impedimentum allaturum**  
**erat hanc quaquam tolerabile: Cum igitur & inuti-**  
**les sumptus resecare, & curis ac molestijs quo ad-**  
**posset, extricare se cuperet, vt studijs suis otium sup-**  
**peteret quam profundissimum, cubicula suis usibus,**  
**quot sufficiunt videbantur, apud virum aliquem ho-**  
**nestum loco oportuno conducebat, eo pacto, vt huic**  
**non modo ministris, sed etiam suppellectili ad eam**  
**sui curam veteretur, quam diurna vita necessitas fla-**  
**gitaret. His enim cum ex madato diu sui incubaret,**  
**vt huic singulis diebus ministeria diurna prastarent,**  
**singulis hebdonadibus expensorum rationem redde-**  
**rent, confecta res omnis fuit, negligētia interim, per**  
**fidia, & si qua alia peruersitas eorum emergeret,**  
**non Cantieri sed hospitis periculo stabat, His ita con-**  
**stituitis, diatam sibi ipse praetipserat), quam &**  
**natura sua conuenientissimam, & studijs suis quam**  
**maxime congruam fore existimabat: virtus enim**  
**erat, vt à fardibus, ita etiam à delicijs alienissimus,**  
¶ qui

& quinon ad luxum, sed ad valetudinem sustentandam comparatus esset: Volebat enim edere ut viueret, non autem, quod pleriq<sub>z</sub> solent, vivere, ut ederet: Mane autem fere ad septimam usq<sub>z</sub> horam somno reficiebat vires, quod sibi matutina studia minus conuenire diceret. Deinde cum hinc ad medium fere vnde cima alaci animo studijs incubuisset, ex museo suo prodiens, vel in horum, vel si aura id vertaret, in commodiorem aliquem locum se recipiebat, ibiq<sub>z</sub> ad hora ferme spatium inambulando obsonabat famem, simulq<sub>z</sub> ruminabat, que illo die legisset. Quo facto cum interea temporis per ministria intus parata essent, que ad mensam pertinebant, paribili cibo prandebat largiter. Quo finio reuersus vnde venerat, vel alio digressus quo malebat, vel inambulabat per horam leniter, vel si commodus aliquis obtigisset congerro, suauiter confabulabatur, hinc se in museum recipiens & in hemicyclo residens dormiebat horam unam, experctusq<sub>z</sub> alacris ad studia reuertebatur, quibus cum ad solis fere occasum hybernis, ad horam septimam astuis temporibus continuo inh<sub>z</sub>isset, relicto museo progressus foras inambulando quo ad salis erat, sese recolligebat, interimq<sub>z</sub> ne quid temporis absq<sub>z</sub> fructu elaberetur, vel nego iunctu aliquod expediebat, vel amicum aliquem officij causa iniusebat: Domum reuersus tam estate, quam byeme accenso lumine in medianus usq<sub>z</sub> noctem eas horas protrahebat, quas superiuacuas & minus viles ipse appellare solet. His enim nihil ordinari agitare consueverat: sed siquid vel ad postridiā penisi

Anno Chri- pensi absolutionem inuestigandum, conferendum, dis-  
 ti. cutiendum, adnotandum esset, vel si quid extra diur-  
 minum pensum de improuiso obiectum fuisset, puta si  
 literis acceptis respondendum, si petitionibus amico-  
 rum gratificandum, si quid huius generis aliud a-  
 gendum esset, id quicquid esset, in has horas simul con-  
 ciebat, quo absoluto exacti diei ratinae à se ipse re-  
 poscebat, ijsq; diligenter ad calculum reuocatis fu-  
 sisq; precibus lectum petens, Deo optimo maximo se  
 commendabat. Omnes autem actiones suas tam stri-  
 cè ad clepsydram reuocauerat, adeoq; certis ac sta-  
 tuis temporum interuallis alligārat, vt ne ipsa qui-  
 dem natura alijs, quam sibi destinatis necessitatem  
 suam flagiteret: Cœnam nunquam capiebat, aut si  
 adeo appetitum sensisset, bolum paucis vnum aut alte-  
 rum addito vini cyatho corroboranda natura sumie-  
 bat, quod ego tamen ab eo rarissime factum memini:  
 Erant fortasse quibus hac dieta minus ad medicorū  
 prescripta quadare videbitur, sed cum nobis, nō quid  
 agendum fuerit, sed quid actum sit, bona fide refer-  
 re propositum sit, non dissimulamus extitisse etiam,  
 qui hac de re cū viuente aliquoties egerint, & planè-  
 illi auctores fuerint, vt de summo illo rigore non nihil  
 remitteret, cum prorsus videretur inconueniens, vt  
 viuio prandio contentus viueret, corpore presertim  
 tā vasto atque robusto, qui & in frigidioribus his ad  
 Septemtrionalem Regionibus natus, & à puero lon-  
 gè aliter educatus esset: Quibus ille respondebat, non  
 omnibus eadem conuenire, se autem non temere hāc  
 viam ingressum esse; sed cum diuersis experimentis  
 eam sibi commodissimam deprehendisset, consulto de

inceps

ceps esse secuturum, sibi primam esse curam pascendi  
animi, corpori tum satis esse, cum nullo indigeret, na-  
turam paucis esse contentam, consuetudinem autem  
alteram esseq; naturam, sequerem eam in naturam  
iam consuetudine ipsa sic vertisse, ut sine praesenti vi-  
ta periculo se alium viuendi modum posse suscipere  
prossus diffideret. Interim verò vultus ipse orationi  
eius suffragabatur, totusq; corporis habitus testa-  
batur, valetudinem esse solidam, cum in membris omni-  
bus vigor, in cute nativus color esset, pallor ille ac ma-  
cres, quibus studiosi plerumque notabiles esse solent,  
in illo nusquam apparerent, quin ipse non multo an-  
tea, quam vita defungeretur amicis quibusdam re-  
tulit se nouem continuis annis morbum non sensisse. **Canterus.**  
Agebat autem & valetudinis curam diligentem, non valetudine  
modo obseruata hac dieta sua, sed & corpore pur- curat.  
gando bis in anno, primum ineunte Vere, deinde  
sub Autumnum. Luxum omnem canepieus et anguis  
oderat, eamque ipsam reddehat causam, quod nec  
ipse conuiuas vnguam imitaret, nec alio vocatus  
vnguam conuiua iret, cum vrgere cibo potuq; aut vr-  
gen ut robique necesse esset: Domestica eius consue-  
tudo hospiti suo, eiusque familiæ non modo non gravis destia.  
aut molesta, sed etiam per quam suauis ac iucunda  
erat. Erat enim longè dissimilis istis, quibus nihil vnu-  
quam satis est, neq; hospites sui quantumvis honesti,  
alio, quam seruorum loco sunt. Ille enim cum in sin-  
gulas hebdomadas semel prescriberet, quid quoque  
die sibi ad mensam comparari vellet, elapsisq; heb-  
domadis singulis expensorum rationem acciperet exi-  
guia admodum eademque in diem stata erant mini-  
steria

**A**nno Chri- **sieria, que illi prestanda per familiam hospitis erat?**  
 Quibus ille quamvis ex pacto debitum, libenter tamen  
 preceidebat, si quid operis ad prestandum forte gra-  
 uius esse intellexeret. **Quod reliquum erat qui totū**  
 diem in museo suo transigeret, nulli importunus, nul-  
 li impedimento fuit, al. unde etiā eius causa molestie,  
 si quae adeo, leuissima tamen accesserunt: nam quod  
 ipse de parente suo scripsit parentesq; nostri nobis de  
 auo eius cōmemorarunt plane patrum illi atq; autū  
 in fuit, vt amicitias paucorū expeteret. Erant igitur  
 q; hospitiū eius frequētabant nō modo numero pauci,  
 sed etiā moribus tales, vt eorū aduētu hospiti gloria,  
 nō ignominia accederet, vt pote qui nō ad bacchi, sed  
 ad Phœbi pocula cōuenirent. A. conuiuīs enim & Co-  
 messationib; nemo vñquan; illo magis alienus fuit.  
 Ideoq; & ipse nullus accessu magis offendebatur,  
 quam eius, qui temetum olere videbatur: **Quanquā**  
 autē natura perquam Comis & affabilis esset, gra-  
 uatim tamen ad colloquium quenquam admisit, nisi-  
 ijs horis, quibus eum à museo suo abesse supra dixi-  
 mus, eosq; interpellatores maximè auersabatur, qui  
 illius otio ad satietatem vsg; abliebantur suam: Nā  
 cum temporis esset parcissimus dispensator, sicut ipse  
 amicos suos conueniebat, ita & a suis vicissim con-  
 ueniri volabat, rārd scilicet ac paucis, idq; tempore  
 non importuno: Cum autē vitam suam vniuersā sic  
 inserviisset, vt eam nō immerito ex altissimam philoso-  
 phie praxim appellare possis, non intra priuatos dun-  
 taxat parietes eius virtus se cōtinuit, sed etiam foris  
 omnib; merito admiranda fuit, vt pote quē vt vxore  
 nunquam duxisse omnibus exploratum, ita vllius  
     vñquam

vnquam feminæ consuetudinem expetiuisse, nulli cō-  
pertū sit, illud cūcīs liqueat, qui cum eo familiarius cō-  
uersati sunt, ab omni obscenitate ita eum abhorruis-  
se, vt sic uī, vel imprudēti fortè lasciuus aliquod ver-  
bum inter loquendum excidisset, pudicissimæ cuiusdā  
virginis instar, erubuerit; eaq, causa illo præsentē ser-  
mones eius generis de industria semper fuisse uitatos  
ab his, quibus id constabat. Cum autem de patrimo-  
nio suo viueret, ita l̄erum suarū rationem instituit,  
vt redditibus annuis multū super esset: vnde factum est  
vt pecunia semper abundaret. Ac ne cuiquam obstri-  
ctus libertatem amitteret aut quenquam fraudares  
suo, quicquid agendum erat, præsentī pecunia expe-  
diebat, in ære nullius vñquam mansit, officium Sem-  
per officio prōptissimō pensauit: Reditus ecclesiasti-  
cos, vt ej̄s illicitos, qui altari nō seruūt, cōstantissimē  
semper auersatus est: Quin & musas suas omnibus  
gratuitus exposuit. Cū neq, ex operū dedicatiōnibus  
vñquā munus vllum sperauerit, neq, stipendium vllū  
vel publicē vel priuatim literarum nomine acceperit,  
etiam si non semel tūm à priuatis personis gratitudi-  
nis ergo tum à bene fundatis ciuitatibus honoris  
gratia oblatum illi esse constet. Docuisse autem eum  
ex professo vel publicē vñquam vel priuatim equidē  
non memini: Ad publicas enim prælectiones, quas  
ille libenter in gratiā studiorum obiuiisset vocem sibi  
non satis robustam esse causabatur, que illi sub  
missior ac lenior contigerat, quam pro ratione cor-  
poris aquum videbatur: In priuatis vero se opera-  
pratiū facere non posse arbitrabatur, quod existi-  
maret, sc̄.

Anno Chri-  
sti.

maret, se eodem temporis spatio rei literariae plus scri-  
bendo, quam prælegendō commodare posse. Interim  
verò se consulendum libenter omnibus præbebat, ni-  
hilque erat illi iucundius, quam consuli à studiosis, à  
quibus ille, tantum abest, ut aliquid muneric aut ho-  
norarij acciperet, vt libenter etiam necessitatibus eo-  
rum de suo subuenerit, si quos subficio dignos cogno-  
uisset: Erat enim in hoc totus, ut prodeisset omnibus,  
noceret nemini: ideoq; non modo submissè de se sen-  
sit semper, inquam se alijs odiosè proposuit, sed  
etiam libenter omnibus modishonestos aliorum cona-  
tus promouit: longissimè dissentiens ab ijs, qui tan-  
tum detrahi putant gloriae suæ, quantum astrui-  
tur alienæ: Illud hominum genus ferre nullo mo-  
do potuit, qui doctorum virorum fama traducen-  
da, famam aucupantur suam, dum calumniandi ho-  
rum scriptis id agunt, vt ipsi doctiores hisce esse vide-  
antur. Quam continentis enim lingue ipse fuerit, ex  
eius scriptis abunde perspicitur, in quibus cum ob ar-  
gumentorum multiplicem varietatem infinitæ fue-  
rint occasiones, quibus & se extollere, & alios depri-  
mere potuerit, ubique tamē ingenuum candorem tui-  
tus, quid se deceret expendit: Nam qui suos conatus  
non aliò, quam ad utilitatem Reipub. dirigebat, quod  
huic ex usu erat, bona fide, quantum in ipso erat, præ-  
stítit, risus, cachinos, scommata, conuicta, illis re-  
linquenda censuit, qui delectantur fricandis hulce-  
ribus alienis, scarabeis haud dissimiles, qui dum eo  
sibi magnificè plaudunt, quod aquilas molestijs affici-  
ant, originis obliuiscuntur sue, quam ex simo, & ma-  
xime quidem asinino ducunt. In priuatis colloquijs,  
quanto

illi qui familiariter cum eo versati sunt. Quandoquidē ipse non modo neminem vñquam odiosius vellit auit, aut traduxit, sed et quoties id se præsentē fieret, vel taxatum si posset honeste excusat, vel si non posset sermonem edicsum alio de industria sermone illato interrupit interceptitq; & quantum quoquo tempore potuit omnium existimationi adstruxit. Ideoq; cum lecto iam decumberet præter hunc morem suum s̄misterius de quibusdam locutus deprehenderetur, nō obscuram oblaſtā iam mēus & proinde secutur a mortis conjecturam ijs prabuit, q; ibus id insuetum erat: A superbia verò & ambitione quam alienus fuerit, ex eo facile colligas, quod cūm V. I. esset peritisimus, gradum tamen ac titulos eius eo consilio fuerit auersatus, vi à politiis dignitatibus & honoribus excusa i commodius posset, quos tum propriae, tum p.uria, tum etiam aucta virtutis & eruditionis ergo in Regalibus Belgij, prouincijs sibi oblatum iri prospicere non difficulter poterat, cūm sibi propositū esset priuatam vitā ducere ab omni fastu ac pompa remotā: Hac igitur ratione cum ille vitam suam instituisset, animo tum caris & affectibus internis tum etiam molestijs externis liberato, non modo summam tranquillitatem, sed etiam profundissimum otium ad studia fouenda consequebatur. Q; & quidem quo felicius prosequi posset, prima cyra Bibliotheca comparanda fuit Nam quod Cæsar Antonius de se proficeri solet, id & Canterus etiam de se merito dicere poterat, nullam sibi chariorem esse, quam librorum possessionem. Ut enim constat huic infanti, puero, adolescenti, iuueni, nihil charius fuisse libris, ita res ipsa docuit, viro nihil

Canterus  
Biblioth-  
ecæ studio-  
sus.

Anno Chri- accidere potuisse grauius, ea inundatione, quæ Loua-  
sti.  
Inundatio nij 8. Ianuarij anno 1573. aucto imbribus in immen-  
Louanien- sum Dilio, tum aliorum eruditorum complurium, tū  
sis Canteri ipsius quoque Bibliothecam opprescit: Tum enim nisi  
libros cor- vir doctissimus Dominus Haio Dominicus Organopœ  
rupit.

us Leouardiensis, tunc temporis Louaniæ eius hospes,  
mature succurisset, oportunamq; eius libris expli-  
candis, & desiccandis operam nauasset, ille p̄e nimio  
animi mœrore haud dubiè contabuisset: Non erat au-  
tem illi in libris comparandis tanta multitudinis,  
quanta præstantia cura, neque tam id spectabat, vt  
quam plurimos, quam, vt quam optimos consequere  
tur: Delectu enim hic vtebatur diligentí, ad quem fa-  
ciendum adhibebat non modo lectionis propriæ sub-  
fidiū, sed & vulgatas istas authorum Bibliothecas,  
quibus eruditum neminem carere posse dictitabat:  
His addebat omnium nundinarum Francofordien-  
sium catalogos, quibus certior reddebatur, quid egre-  
gium aut lectu dignum unoquoque semestri in lucem

Ratio stu- ederetur: Comparatis autem ad hunc modum libris  
dij Cante- necessarijs, quo expeditius & certiori spe, fructus in  
xiani. studijs porrò versari posset, in certas operas diem par-  
tibus erat, vt alijs ante meridiem, alijs à meridie tra-  
ctandis incumberet, ne quod ex nimia illa continua-  
tione tedium obreperet: atq; antemeridianum qui-  
dem tempus lectioni, pomeridianum vero scriptio-  
potissimum dare consueverat: Ad utrumq; institutum  
ille solerti quadam prudentia se preparauerat: Ad  
authorum lectionem illud peculiariter inuenitum erat  
vt non modo memoria gratia, locos communes in pro-  
ptu haberet, sed & Indicij causa Authorum ipsorum,

q uos

## DECAS DVODECIMA

131

Anno Christi  
st. Criteria  
Canteri in  
dignoscen  
dis Autho  
ribus, lin  
guis & cha  
racteribus

quos legeret, certas classes ratione temporum face-  
ret, ut æquales cum æqualibus legeret. Nam cum di-  
uersis temporibus, diuersa studia, diuersæ etiam lin-  
guæ fuerint; hanc authorum æqualitatem obserua-  
tam non id modosibi præstare aiebat, vt certa ratio-  
ne deprehenderet, quantum quoquo tempore res li-  
teraria, vel creuisset, vel decreuisset, sed itam, vt sine  
errore Authori cuiq; restitueret quod suum esset: Nā  
cum singulis et atibus suum quoddam fuerit Philoso-  
phandi genus, quod & argumenti ipsius & tractandi  
ratione deprehenditur, suaq; peculiariis quadam phra-  
sis extiterit, quo ex simplicibus vocibus, ex constru-  
ctionibus, ex sententijs, ex parœmij, ex figuris, ex  
tropis elucescit, & equalium Authorum collatione se fa-  
cile ad intellectum locorum difficultum, & ad emen-  
dationem deprauatorum peruenire asserebat. Ad ve-  
tustatem m. s. codicum deprehendendam consimili  
temporum distinctione vtebatur, qua constat Ortho-  
graphiam illam veterem ac genuinam paulutim in  
deterius fuisse deprauatam, vel negligentia vel insci-  
tia Librariorum: Qui cum primum iustis syllabis di-  
ctiones expressissent, postea notis eas conceperint, pau-  
latim etiam subiunctiuam diphtongi vocalem à late-  
re obstræctam vocali præcedenti subiecerunt, ac tan-  
dem etiam prorsus omiserunt: Quibus animaduersis  
Codicum antiquitatem deprehendifacile posse; vt,  
quantum cuiq; fidei in emaculandis bonis Authori-  
bus tribui debeat, sine habitatione iudicare queat: Ad  
scriptionem etiam se non dissimili solertia muniebat,  
nihil minus enim, quam illotis pedibus rem aggredie-  
batur: Nam cū in omnibus præpropera festinatio mo-

Anno Christi ram adducat, planeq; dimidium facti habeat, qui bene cepit, ille nunquam opus aliquod suscepit, quod nō antea perleclum diligenter expenderit, an suis humeris conueniret: Suscipiens enim vt rem exemplo declareremus, authorem aliquem de Græco vertendum in Latinum, diligenter perlegebat, vt argumentum ipsum dicendiq; genus penitus contemplatus, cuius nam classis authoribus ad huius explicationem potissimum indigeret, intelligeret: Calamus interim ad manus erat, quo simul adnotabat memorie gratia, si quid occurreret difficultatis, qd ante interpretationem propositam sibi discutiendum erat. Hac opera defunctus, ita sibi in singulos dies pensum ipse prescribebat, vt quod postridie transferendum sibi proposuisset, id pridie semper omnibus difficultatibus ac nebulis discussis, expeditum sibi redderet ac facile: Quo facto interpretationem ipsam, ad quam illi nihil aliud iam restabat, quam nuda quasi descriptio, increbili quadam celeritate peregit. Declarari hoc non aliunde certius potest, quam ex prolegomenis ipsius ad eclogas Ioannis Stobæi, ab ipso ex Græco in Latinū translatas. Illic enim cum de collatione authorum qualium & pensi propositi repurgatione locutus esset, de interpretatione ipsa loquens, ita dicit: Atq; hic labor noster, tamen si multiis haud valde grauis fuisse videtur, multo tamen fuit grauior, quam is quem in interpretatione posuimus. Quippe quem horis aliquot superuacuis ac minus vtilibus intra paucos menses confecerimus. Etenim cū in Christophori Plantini gratiam viri de nobis optimè meriti potissimum hanc operā sumpererimus, nō vltra CXXXVI. horas, si res ad calulum

culum vocetur, in eam impensas affirmare aūsim. His enim verbis indicat se eam interpretationem con- fecisse nocturnis istis temporibus intra menses qua- tuor ac dies sexdecim, cum singulis diebus ei impen- disset horam vnam: Quod nulli ab eo vel temerariè, vel hyperbolice dictum videri potest, qui & prolego- mena ista legerit, & hanc ipsam tractandi Meihō- dum eius considerauerit, & expeditam illam, ac lon- gissimo assiduoq; vsu comparatam utriusq; lingue fa- cultatem, & singularem quandam legendi scriben- diq; celeritatem in illo cognoverit ac meminerit? Mihi vero huius viri dotes consideranti planè videtur ei nihil defuisse eorum, quæ ad plenum trium bono- rum orbem absoluendum requiruntur: Nam sane cū ea morum integritate, ea literarum scientia, ea artiū cognitione, addo etiam eius ingenij vigore, ea iudi- cij acrimonia fuerit, vt parem nedum superiorem haud facilè inuenierit, tum etiam ea illi fortuna con- tigit, quæ ad virtutē cultum satis splendoris, ad studio- rum sustentationem satis subsidij adferre poterat: Ad corporis felicitatem quæ pertinent, in illo omnia magnifica erant & ampla. Erat enim Canieriū sta- tuta procerā & heroicā, mēbris validis & solide cōpa- clis, totog; corpore iusta proportione bene composito quadratus, cute candidissima, genuino tamen rubo- re suauiter colorata, facie decora, oculus latis, vultu hilari, capillitiō nigro, atq; crispanti, barba non admo- dum densa, aspectu planè amabili: Et quoniam gra- tior est, vt ille dicit, pulchro veniens ex corpore vir- tus, merito dici potuit, illius ingenium bene habitare. Augebat hanc gratiam cultus, cultum ipsum singu-

Proso-  
graphia  
Canteri.

Anno Chri-  
sti.

laris mundicies commendebat. Quamquam enim  
ille vestiretur quidem infra fortunam suam, vestitu  
tamen vtebatur splendido & eleganti. Mundicie e-  
min ipsa natura tam amans fuit, vt non modo sordes  
in vestibus alijsq; rebus ad usum vitaे pertinentibus,  
ferre nullas posset, sedet comam quoq; & berbam pro-  
pterea subiecto pectine statim temporibus detunderi  
curauerit: Sed haec momentanea sunt & caduca, ne-  
que verè nostra diu bona possunt, illa sunt nostra ve-  
rius, que ad animi cultum pertinent. In quibus pon-  
derandis etiam si ego nominatim complures insignes  
viros, tum veteres tum recentes, quorum nomen vir-  
tis, & eruditionis ergo omnibus sacro sanctum est ac  
venerabile, veris orationibus conuincere possum hoc  
nostro nequaquam fuisse superiores, tamen cum om-  
nis huiusmodi comparatio odiosa sit, ne vel amore  
quodam oœco hunc extollere, vel inuidia quodam sti-  
mulo quenquam alium deprimere videar, libenter  
equidem his abstinebo. Theophrastum autem seu que  
alium Philosophum, natum annos non minus octua-  
ginta cum animam ageret, iniquitatis accusasse na-  
turam ferunt, que coruis, ceruis, ac phœnicibus, quo-  
rum nihil interesset, vitam in multa secula proroga-  
ret, homini autem, qui ad sapientia cultum etate  
proficeret, vitam breuissimam attribueret: Qui qui-  
dem, si humanae conditionis sortem in hoc merito de-  
plorauit, iustius conqueri Canterus poterat, qui non  
etate iam decrepita, vt ille, sed in ipso iuuenitis flo-  
re hinc abrepitus est. Eo etiam magis, quod hac tepe-  
state adiuus ad sapientia longè difficultior sit, quā ista  
fuit: Istis enim hominibus græcis non modo ad suam

*Theophrastum  
iurata*

Facilius a-  
ditus ad e-  
ruditionē  
Veteribus  
præsertim  
Græcis fuit  
quā nobis.

illam

illam sapientiam comparandam, sed etiam ad quam  
 uis peregrinationem sapientiae ergo expediendam lin-  
 gua patria sola, quam una cum ipso nutricum lacte  
 imbibebant, abunde suffecit. Cum hac tum temporis, ut  
 ubiq<sup>z</sup> terrarum fere visitata esset, ita etiam quicquid  
 usquam scitu dignum erat, comprehenderet. Augebat  
 hanc facilitatem, quod eadem illa sapientia, quam  
 illi diuinarum rerum, & humanarum scientia ter-  
 minabant, limitibus tunc longè augustinoribus, hoc est,  
 ijs tantummodo facultatibus concluderetur, quas  
 nunc minores appellamus: Accedebat huc felicitas  
 istius seculi, quo ipsis sapientiae authoribus vicinio-  
 res essent non modo disciplinarum fontes ipsos, sed e-  
 tiam eosdem puros ac sinceros biberunt: Nobis in hac  
 decrepita mundi senecta, idq<sup>z</sup> in media barbaria na-  
 tis longè diuersum accidit: Primum enim cum & no-  
 bis eadem, que illis discenda preponantur, tum his in  
 super accedunt illae, quæ maiores appellantur facul-  
 tates, Theologia scilicet, Iurisprudencia, Medecina:  
 Quæ vt nunc quidem in Christianorum scholis usur-  
 pantur, istorum ætate recentiores, & à Christianis,  
 vel peculiariter adiumenta, vel certè in artis formam  
 redactæ sunt: Quantum autem difficultatis tum ex  
 his ipsis, tum etiam superioribus isti facultatibus ad-  
 iecerit, tot seculis interea cumulata scribentium  
 multitudo, quantum lucis detraxerit illa inter nos  
 & istos interiecta tot incommidis notabilis tempo-  
 ris intercapedo: quis non facile estimet. Cum  
 non modo tot bella, tot eluusiones, tot incendia, tot  
 ruina, vt tineas & blattas omittamus, tantam copi-  
 am bonorum Authorum nobis prorsus abstulerint

Anno Chri-  
sti.

laris mundicies commendebat. Quamquam enim ille vestiretur quidem infra fortunam suam, vestitum tamen vtebatur splendido & eleganti. Mundicie enim ipsa natura tam amans fuit, ut non modo sordes in vestibus alijsq; rebus ad usum vita pertinentibus, ferre nullas posset, sedet comam quoq; & verbam propterea subiecto pectine stais temporibus detunderi curauerit: Sed haec momentanea sunt & caduca, neque vere nostra dici bona possunt, illa sum nostra verius, que ad animi cultum pertinent. In quibus ponderandis etiamsi ego nominatim complures insignes viros, tum veteres tum recentes, quorum nomen virtutis, & eruditionis ergo omnibus sacro sanctum est ac venerabile, veris orationibus conuincere possum hoc nostro nequaquam fuisse superiores, tamen cum omnis huiusmodi comparatio odiosa sit, ne vel amore quodam oceo hunc extollere, vel inuidiae quodam stimulo quenquam alium deprimere videar, libenter equidem his abstinebo. Theophrastum autem seu quem alium Philosophum natum annos non minus octuaginta cum animam ageret, iniquitatis accusasse naturam ferunt, que coruis, ceruis, ac phoenicibus, quorum nihil interesset, vitam in multa secula prerogaret, homini autem, qui ad sapientia cultum etate proficeret vitam brevissimam attribueret: Qui quidem, si humanae conditionis sortem in hoc merito deplorauit, iustius conqueri Canterus poterat, qui non etate iam decrepita, vt ille, sed in ipso iuuenitatis flore hinc abruptus est. Eo etiam magis quod hac tepestate aditus ad sapientiam longe difficultior sit, quam ista fuit: Istis enim hominibus græcis non modo ad suam

*Theophrasti  
Iurita*

Facilius aditus ad eruditionem Veteribus præsertim Græcis fuit quam nobis.

illam sapientiam comparandam, sed etiam ad quam  
 uis peregrinationem sapien<sup>i</sup>a ergo expediendam lin-  
 gua patria sola, quam vna cum ipso nutricum lacte  
 imbibeant, abunde sufficit. Cū hec tum temporis, vt  
 vbiq<sup>ue</sup>, terrarum fere vſitata eſſet, ita etiam quicquid  
 vſquam ſciitu dignum erat, comprahēderet. Augebat  
 hanc facilitatem, quod eadem illa sapientia, quam  
 illi diuinarum rerum, & humanarum ſcientia ter-  
 minabant, limitibus tunc longè augſtioribus, hoc eſt,  
 ijs tantummodo facultatibus concluderetur, quas  
 nunc minores appellamus: Accedebat huc felicitas  
 iſtius ſeculi, quo ipſis ſapien<sup>i</sup>a authoribus vicinio-  
 res eſſent non modo disciplinarum fontes ipſos, ſed e-  
 tiam eodem puros ac synceros biberunt: Nobis in hac  
 decrepita mundi ſenecta, idq<sup>ue</sup> in media barbaria na-  
 tis longè diuersum accidit: Primum enim cum & no-  
 bis eadem, que illis diſcenda preponantur, tum hiſ in  
 ſuper accedunt illae, que maiores appellantur facul-  
 tates, Theologia ſcilicet, Iurisprudentia, Medecina:  
 Quae ut nunc quidem in Christianorum ſcholis vſiz-  
 pantur, iſtorum etate recentiores, & à Christianis,  
 vel peculiariter adiumenta, vel ceriè in artis formam  
 redacta ſunt: Quantum autem diſcultatis tum ex  
 hiſ ipſis, tum etiam ſuperioribus iſtu facultatibus ad-  
 iecerit, tot ſeculis interea cumulata ſcribenium  
 multitudo, quantum lucis detraxerit illa inter nos  
 & iſtos interiecta tot incommodis notabilis tempo-  
 roris intercapedo: quis non facile eſtimet. Cum  
 non modo tot bella, tot eliuuiones, tot incendia, tot  
 ruinae, vt tineas & blattas omittamus, tantam copi-  
 am bonorum Authorum nobis prorsus abſulerint

Anno Ghi-  
ſi.

Anno Chri-  
sti.

Cum barbareis insuper tam profunda alijs aliter in-  
star porcorum in rosas irruentibus, bonos authores  
plerosq; omnes, qui reliqui erant, tam turpiter macu-  
lauerit, vitiauerit, misilauderit: Deinde cum et lin-  
guæ, quibus propositus hic sapientia thesaurus conti-  
netur ex vsu populari iam prorsus sublatæ sint, & po-  
pularium linguarum hodie tam multiplex diuersitas  
sit, ut pedem yix demo mouere posis, quin idio mate  
peregrino retundaris, qui nun sapientiae candidati  
sunt, optimam et atis sua partem linguis discēdis im-  
pendant necesse est. Quod eo etiam gravius est, quo  
tres illæ inter has præcipue & simpliciter necessariae,  
non aliud nunc quam ex libris hauriri queant: Quā  
quam autem in confessis sit humanae vita breuitatem  
ad euoluenda omnia scripta, quæ ad vniuersum sapi-  
entiae complexum coaceruata sunt, nullo modo suffi-  
cere, quis tamen inficias iuerit, eum, cuius nomen so-  
lidæ eruditionis ergo celebrandum sit, earum discipli-  
narum omnium quæ hoc orbe continentur, si non om-  
nium & que ad vnguem, atq; ruius alicuius, quam præ-  
cique delegerit, at certè mediocriter peritum esse o-  
portere? Et cum hoc ita sit, quis negaverit eundem  
illum, qui ad hanc sapientiae arcem contendit ipsarū  
disciplinarum nomine eas linguis oportere discere  
quibus illæ sunt comprehensoe? Qantius igitur vir Ca-  
terus fuerit, quanto ingenio polluerit quanto studio-  
flagrauerit, hinc estimari potest, quod integrâ adhuc  
atate nnn solum super atis difficultatibus vniuersis ad  
culmen & fastigium solidæ eruditionis perueneterit,  
sed etiam pesteris magna ex parte viam strauerit,  
qua eodem per venire posint. Prater patriam hoc est

Cantori  
eruditio.

Belgica

belgicam linguam, sex calluit exoticas, latinam scilicet, Geæcā Helraicam, Germanicā Gallicā & Italiā, quas quoniā non alio, q̄ sapientia consequē dæ stu dio per didicit, quantū non modo in minoribus hisc. e. Christianorū facultatibus profecerit, si nō ex hac ipsa eius industria, at certe vel tacētibus nobis ex ipsius scriptis liquido constare potest, quæ vt numero satis multa & eruditione admiranda, ita fructu utilissima posteris reliquit. Extant eius nouarum lectionū libri octo, in quibus cum plurimis ac diuersissimis authoribus integratatem suam restituat, quantus ipse librorum belluo fuerit, declarauit. Ex istat eius syntagma de ratione emendandi græcos authores, in quo cum infinita mēda ex diuersis authoribus tollat, tum abundē etiam declarat, quam non oscit anter in euol uendis authorum scriptis versatus fuerit, vt rōq; autem opere studiosis plurimum difficultatis & impedimentii admit: Consimili industria ac fructu & in reliquis versatus est, quæ excatalogo operū eius facile intelligentur, quē hic infra subiiciemus ex quibus p̄fensi factō apparebit, quantum in poëtica, in oratoria, in historica facultate, quantum in soluta, quantum in numeris adstricta, quantum in nativa, sua, quantum in transferenda alterius oratione vñcluerit. Quā luculenter vbiq; eam, quæ prima orationis virtus censetur, perspicuitatē tueatur, vt nihil obscurum, nihil ambiguum, impropriū relinquit, q̄ offendere lectorem possit, erat enim id iā longo vsu cōsecutus, vt se facile extricaret, vnde pleriq; alij difficulter emergerent nā si quis eiusmodi forte nodus incidisset, quem ipse ne-

Canceri diligenter fidet, ac præstantia, in tractandis eruditiorū monumen tis.

**Anno Chri-** cessario subsidio destitutus soluere non potuit, tum le-  
ctorem, ne forte ipsius authoritate mixus grauius er-  
raret, caudid ademonuit, vt in stobeo fecit. Vbi cum  
se plurimum, & quidem sine magno negocio prefti-  
tisse profiteatur, lectorem tamen admonet adhuc  
multa esse inexcussa ob defectum Graci Codicis, qui  
non prorsus ex ingenio, sed etiam manuscriptorum co-  
dicum collatione supplendus erat. Quos ille tum cōſe

**Cāteri ope-** qui non poterat: Porro autem preter illa, quae in Ca-  
taſologo librorum eius infra recenſebimus, eum etiam  
edita. habuisse alia opera nōnulla vel iam inchoata vel etiā  
absoluta, nomini dubiū esse potest, Ipſe aut aliquando  
flagitante quadā occasione mihi retulit se pene iā ab  
ſolutos habere, quos conſcriberet cōmentatioſ linguae  
Græcae, & versari tum in transferēdis quibusdam op-  
eribus, D. Ioannis Chrysostomi, quae hactenus nec græ-  
cē nec latine edita eſſent, de cāteris nihil compertum  
habeo.

**Cāterus ar-** Erat enim eo ingenio Canterus, vt non agen-  
da promitteret sed acta proſerrere, neminemq; pate-  
retur propositi ſui conſciūm ideoq; nō modo per conta-  
tores ſed etiā famulos auerſabatur, quo ſibi magis in  
tuto forent arcana, quae eliminari nolebat longe tum  
prudentior tum modestior illis, qui parturiunt ante  
quam cōſceperunt, & multa iactitant, quaſi iam ab-  
ſoluta opera ſua, quae nunquam inchoarunt, aut ne in

**Cāteri pro-** choatūri quidem vñquam ſunt: Illud interim ille non  
poſitum pi- diſimulauit, ſe deinceps in ſanctorum patrū opera de  
um. Græco in latinum transferenda fuiffe incubiturum,  
in primisq; nouā Biblorum traſlationem, & exactio  
rem græci textus emendationem meditari ad quam  
rem felicius abſoluendam non modo hebraicæ lingue

pene,

penetralia curiosius iam rimabatur, sed & exempla  
 rum tum hæbraicorum, tum græcorum tum latino-  
 rum non solum. m. S. sed etiam excusorum diuersæ &  
 editionis copiam terra mariq; venabatur. Pium hoc  
 propositum suum prudēti consilio falciebat nam quo  
 facilius effectum daret id quod moliebater, Loua  
 nio relicto, Leouardiam concedere ibiq; sedes figere  
 constituerat, eoque consilio eclogas stobæi (qui fetus il-  
 li posthumus extitit) amplissimo Clarissimog; viro ac  
 Domino D. Igramo ab Achelen Regij tum senatus  
 per Frisiam Præsidi dedicauit, tum ut eius authorita-  
 te atq; prudentia non solum aduersus incommoda  
 protegeretur, sed etiam in literarijs subsidijs conqui-  
 rendis adiuuaretur, tum, etiā ut singulari eius erudi-  
 tione ac sapientia familiarius atq; commodius frue-  
 retur. Nemo autem (qui quidem res Canteri diligen-  
 tius expenderit) temere cum Louanium Leouardia  
 fuisse mutaturum dixerit. Nam cum illi prima cura Leouardia  
 vita, secunda studiorum fuerit, viriusq; ratio cum studijs fo-  
 hu[m] impellebat, ut quam maxime: Louanijs enim ca-  
 rissimè vjuebatur, & Cantero, qui stipendium publi-  
 cum non ambiebat, de suo viuendum erat. Reditus  
 autem ex patria sua istuc arcessere non modo sump-  
 tuosum sedet periculosem erat, infestis itineribus ter-  
 ra mariq; tunc vniuersis, Atqui Leouardia omnium  
 rerum, quæ ad vita necessitatem pertenent affluentis  
 sima copia est, non modo quod ipsa Frisia natura cœ-  
 li soliq; fertilißima, sed etiam quod vicinum mare,  
 quo fere tota ambitur. abunde suppeditet quæ requi-  
 ras: Hic igitur non modo multa minoris victurus e-  
 rat Canterus quam Louanijs, sed & ipse quoq; pre-  
 sens

Cæteri pra  
dens consi  
lium.

Igrami  
Ab Achelen

Anno Chri-  
sti.

sens rerum suarum dispensationem habiturus erat, cum in municipio huius vrbis fundos auitos & ex his amplissimos redditus haberet: Accedebat huc, quod Leouar. quæ auo V Vilhelmo Gruninga, qui patri La berto, (Vltraiectum quod ipsi natale solum fuit,) ciuitates inter se vicinæ sint. Cum gruninga nō nisi septē miliaribus ad orientem, Vltraiectum non nisi viginti duobus miliaribus ad Austrum Leouardia distet, ita ut sibi cum amicis inibi habitantibus officia, quæ necessitudo pietatis flagitat, vltro citraq; constare faciliter possent, & constat ex supra dictis, quam frequētes, quam splendidos agnatos, cognatos & affines Leonard. habuerit, in quorū viiq; mutua beneuolentiā suauiss. victurus erat. Non vulgarē autē ipsi sed singulare & merito admirandā studiorum cōmoditatem fore Leouardia, partim situs ipse loci partim indeoles gentis arguebat. Est enim Leouardia ciuitas qualitas ac ambitu ipso mediocris, plateis latis ac rectis, in quibus nulla permittuntur iacere fôrdes, ædificia multa augusta, reliqua mediocria non sine venustate, fluijs aliquot fossatis nauigabilibus interluitur, que non modo commercijs vndiq; agitant, sed perpetuae mū dicie seruiunt: Aër serenus est & clarus, subsalsus tamē ob exhalationes vicini maris, & quia ob eā causā putredinem non facile sensit illam ciuitatem rariissimē infestat pestis. Sita est Leouardia in meditullo Fri sie occidet alis ita ut ab extremis finibus Aestraechie, Vestraechie, & septem syluarum in quas hæc Frisia distribuitur ad eam tātundem fere spacijs sit, quod & equestri, & pedestri, & nauali itinere vndiquaq; cōmode persicias. Quæ commoditas Albertū Saxoniae

Ducem, ac deinde filium eius Georgiū induxit, vt ibi  
 commune & supremum Frisiae tribunal constitueret,  
 quod & Carolus Quintus approbavit & se cutus est.  
 Cum huc vndiq<sub>z</sub>, tantundem itineris esset ad co-  
 mitia publica patriæ nomine celebranda, ad causas  
 tum ciuiles tum criminales expediēdas quæ tota pro-  
 uincia emergerent. Augebat hanc commoditatem eti-  
 am alterea commodior, Nam cum hæc frisia a sep-  
 tentriōne oceanum Cimbricū siue Britanicum, ab oc-  
 cidente mare holländicum, ab Austro mare australe  
 habeat, ob oriente continens sit, & prōinde terra ma-  
 rig, facilis ad eam pateat accessus, maiori etiam fa-  
 cilitate ex omnibus terrarum plagis, in Frisiā, quæ  
 ex quauis prate Frisia Leouardiam peruenias, quod  
 vndiq<sub>z</sub> sint oportuni portus ad commercia maritima  
 faciūda: Itaq<sub>z</sub>, quicquid in Belgio, in Gallia, in Hispania  
 in Sicilia in Italia, in Germania in Sarmatia, in  
 Prussia, in Dania in Britannia, in Schotia, in Gracia,  
 in Turcia, in India ac breuiter, quicquid inter orien-  
 tem & occidētem, inter Auslrum & septentrionem,  
 literarum, & chartarum aliarumque quarumvis re-  
 rum nascitur aut cuditur istuc importari commodissi-  
 me posse. Quin & Franscofordia, quæ vniuerso penē  
 orbi Christiano in re literaria commune præstat em-  
 porium, secundoR hemo longe tum celerius, tum cer-  
 tius ac tutius Leouardiam transmisseris quam Loua-  
 niū, si quid opus sit. Præterea cū Leouard. septentrion-  
 iē versus Loua. non nisi vndequinquaginta miliari-  
 bus distet, eademq<sub>z</sub> illare motis impedimentis in re  
 nauali intra dies quatuor veredarīs etiā eitius cōfici  
 possint, eodēq<sub>z</sub> itinere prater complares alios portus

A uno Chri-  
sti.

duo etiam celeberrima sunt emporia, Antuerpia scilicet in Brabantia & Amsterodamum in Hollandia, nulla illi vel ad librariam supellectil, vel ad operam typographicam commoditas deesse Leouardiae poterat. Accedit hisce commoditabus insuper & humanitas, ipsius gentis, quam ille tantopere commendabat, ut se huic parem aliam nusquam terrarum comperisse affereret. negari certe hoc non potest Leouardienses ob curia provincialē & cōmercia exterorū hominū quae alibi non sunt, reliquis esse cultiores, ipsaq; cōsuetudo iām ueterata & assiduitas versandi cū literatis

Leouardia & studiosis in naturam illic abiit, vt, se his libenter antequitus accommedent. Canterus peculiari loco istius genio hoc adscribebat, quod illic studia semper antiquitus

Druineum etiam magis quam vsquam alibi in Friesia viguisse cōperisset, nam vt veteres Druydas, aliquos etiam in

Frisiam venisse, atq; cōtum philosophantium congregasse loco isto, cui tum nomen ex diuina, vt ipsi iudicabant doctrina fuerit, aula Dei: multis sēculis

antequam vel nomen Leouardia, vel præsentia ciuitatis iura obtineret. Quam enim aulam Dei latine

vocabant, eam tū populari lingua dicebant Godts-hooff. Vnde sunt ad huc ibi parochialia illa templo

duo, oude hooff & Nye hooff, id est, vetus aula, & noua aula. Quemadmodum autem ex aula aulici, ita etiam ex hooff houelingē hactenus

apellantur nobiles, qui Regia authoritate in aulis constituebantur ad defensionem doctrinæ publicæ:

Maximam autem nobilium frequentiam Leouardiae esse antiquitus versatam, non obscuris etiam hodie reliquijs probatur: Certe Siuardus Sapiens Radbodi

yltimi

vltimi Theologus, & Christianorum accerrimus ho-  
 stis ille qui, M. T. Cicer. opus de Natura Deorū hæ-  
 rescos damnauit, & publicè exusbit, quod (vt ipse cau-  
 sabatur) erroneous & minimè sinceram doctrinam  
 contineret, de Dijs gentium, in Aula Dei scholæ dis-  
 centium præfuit, vt supra diximus in Siuardo sapien.  
 Præbebat enim celebranda huic aule Dei oportuni-  
 tatem magnam, domesticus portus ad Burdonem  
 fluum, hoc est, ad fleui brachium mediterrane-  
 um, medio ferè spatio situs, vt naues quæ intrapor-  
 tum Mankarmanin (qui maritimus tunc erat) & Bol-  
 suardiensem per hoc brachium [vltro citroque com-  
 mearent, in aula Dei quietam stationem si opus esset,  
 reperirent: Et vidi tū temporis huius aulæ Dei, la-  
 tior quædam fuisse iurisdictio, quod ex qualitate ter-  
 ritorij Leouardiani non obscure colligitur. Sed coa-  
 lescente paulatim Burdone fluvio, cum portus oppi-  
 latus non amplius frequentaretur, defectu soliti  
 prouenit, paulatim etiam defecisse cætera, quibus  
 dudum notabilis ac venerabilis fuerat aula Dei:  
 Quod & in alijs ciuitatibus Frisia rexum vices ope-  
 ratæ sunt: Nostrates tādem cum hæc Ciuitas successu  
 temporis Leouardiæ nomen assumpſisset, Monialium  
 Cisteriensium conuentum, quem propè Snelcam anno.  
 1233. Vlbodo authore condiderāt, ad instantiam Du-  
 donis, quarti in Florido campo Abbatis, Latinè voca-  
 runt Aulam Dei, populari verò lingua non Godts  
 hooft, sed Nyè cloeſter, hoc est, Conuentum no-  
 rum appellarunt: Ut saltem tunc conuentus ad me-  
 moriā istius veteris aula dei nomem hoc inter pios &  
 eruditos obtinuerit: Quæ res nō animaduersa errore  
 parit in

Anno Chri-  
ſi.

Anno Chri-  
sti-

parit in distributione finiū Aestrachi, & vestrachia  
 vt suo loco plenus dicemus: cōtinua fere successione  
 pricipuā totius prouin. i.e scholā Leonard. fuisse, histo-  
 riariū lectione discimus, & nostra etiā memoria, quā  
 insignes eruditio[n]e viri hic instituēdā iuuētui præfue-  
 rint, quis ignorat nullis enim sumptibus Magistr. itus  
 vrbis huius parcere solet in constituendis stipendijs  
 huiusmodi virorum qui fo[n]dendis ac promouendis  
 bonis artibus præsunt. Vt cunq[ue], autem præterita se ha-  
 beant, non poterant non magnopere delectare præsen-  
 tia literaram subsidia, que Cātero homini docto sua  
 tempestate Leonardia suppeditatura erat, cum ibi  
 tunc esset, vt ad hoc est, tam frequens eruditissimo-  
 rum virorum conuentus. Inuenisset enim Philoso-  
 phos, medicos, Iureconsultos, ac Theologos egregios,  
 quorum & colloquijs recreari & Bibliothecis ad u-  
 uari potuisset: Et quia Curia prouincialis hic erat, e-  
 rant cum Preſide ſenatores, erant cum ſenatoribus  
 Aduocati, vt numero plurimi, ita omnium ariū  
 genere politissimi, quorum splendore ciuitatem hanc  
 etiā Gerardus Geldenhaurius Noviomagus celebra-  
uit: His igitur confederatis Canterus Louanio reli-  
cto, Leonardiām petiturus erat. Mibi verò ex pre-  
ritis ac præsentibus futura metienti spē subiecit ap̄i  
m̄us fieri posse, vt ex huiusmodi oportuno initio forte  
res optata ſequeretur: Canterus vñus quidem vir ſed  
singularis & eximius erat: Cuius occaſione (quod in  
pro cliui erat si maior aliqua eruditoru[m]n frequētia  
Leonardiām confluxiſſet, poterat ex Cantero expe-  
ctari ſeminarium oportunum futuræ illic vniuersita-  
tis, pari enim ratione ſcimus vniuersitatis non vnius,  
ex ſinguli-

Ex singulis quibusdam viris iacta fundamenta pri-  
ma incrementis satis de noua frequentantum acces-  
sione auctis eo cùdem profecisse, ut ad summum Aca-  
demæ fastum concenserent. Sic enim Alquinus  
Parisiensi, Albertus Magnus Coloniensi, alijs Aca-  
demis constitutis, nominis sui celebritate occa-  
sionem præbuerunt: Quæ spes nostra ut aliarum fa-  
cilitatum respectu, alii fortasse minus consentanea  
it a ratione Iurisprudentia nulli si uola fuisse videbi-  
tur, qui Curia Frisonicæ inauditam, in administran-  
do Iure Romano synceritatem cognouit. In hac e-  
min Curia quæ Leouardia est, ciuiles & criminales  
causæ omnes, quotquot tota prouincia emergunt ex  
micro iure Romano deciduntur. Et leges Romane il-  
le in foro ita controvërsis terminandis accommo-  
dantur, vt à Iustiniano traditæ sunt, & in scholis pu-  
blicis docentur. Leges municipales & consuetudi-  
nes Patriæ, quæ Iuri cōmuni derogent, ibi nullæ sunt  
præter viginti plus minus, & quæ omnes ferè ad ius  
retractatus pertinent, in qua occasione consecuti si-  
mus, ne lector miretur, dilucidas & illustres ratio-  
nes reddemus in Gregorio Bertolffio, huius felicita-  
tis nostræ Antihore, de quo supra diximus. Cum igit-  
tur in alijs prouincijs, vbi Academie sunt, hodie pro-  
fessores plus propè operæ impendant infarciendis Iu-  
ribus suis municipalibus, quæ alibi plerumq; nullum  
vsum habent, quam ipsi Iuri communi, cui illic raro  
locus est, putabam nusquam terrarum commodius  
Academiam docendæ Iurisprudentia fundari posse  
quam Leouardia, vbi studiosi Iuris Theoriam ut in  
scholis & professoribus acciperent, ita ad praxim in

Iuris Ro-  
mani prax  
is in Frisia  
syncerissi-  
ma.

anno Chri-  
 si. foro ab Aduocatis accommodari cernerent. Hanc enim  
 mentem Iustiniani fuisse puto, cum reformatum  
 Ius Romanum nusquam doceri voluerit, quam Ro-  
 ma, Constantinopoli & Beryii. ( Vbi celeberrima  
 ac laudatissima Orientis & Occidentis tribunalia  
 fuisse constat ) quod iudicaret foras scholis in Syn-  
 ceritate Iuris, conformia esse debere, & proinde  
 syncerum Ius ibi recte doceri, ubi in foro patria con-  
 suetudines quam minimè usurpanur, ut ipote qua  
 ius sym. erum quod commune est, limitent ac tol-  
 lant. Hinc & illud consequēs futurū erat, ut ius illic,  
 eadem qua scriptū est, hoc est latina lingua doceri  
 posset, sic ut & indigenis & alienigenis Auditori-  
 ribus, vnde cung, tandem aduenissent ex equo sa-  
 tis fieret. Quod in alijs Academijs fieri ad amissim  
 non potest, cum in Germania, Gallia, Italia, Hispania  
 professores linguam popularem, in Cathedra  
 maximè usurpent ob iura sua municipalia: Quae res  
 peregrinis auditoribus grauiissimum adferit impe-  
 dimentum non intelligentibus ea quae professor di-  
 cit. Hoc cum ita sit, arbitrabar Leguardiam fore  
 celeberrimum Iurisprudentiae emporium, quod ca-  
 teruatim ex omnibus mundi plagis eo confluxuros  
 expectarem candidatos Iuris. Constitua enim  
 ibi Academia, habent in scholis exercitia praxios.  
 Habent hospites domi profess. Iur. habet iuris practi-  
 cos Senatores & Aduocatos, aut alios viros erudi-  
 tos, alijs aliter, pro cuiuscunq; conditione, quorum fa-  
 miliaris consuetudo illis nequaquam contemnenda  
 esset. Quin & ipsi sensim crescente Iuris cognitione  
 ad praxin proludere possent. Cum non tantum ibi  
 Curiam

## DECAS DVODECIMA.

147

Anno Chri-

sti.

Curiā prouincialem, sed & municipalia tribunalia haberent, tum intra Ciuitatem, tum etiam Ruri, vbi ex eodem Iure communi itidem controuersiae terminantur. Inuitare hoc studiosos tum lingua popularis, tum etiam Curiæ stylus poterat, lingua enim quæ Frisia proprie est, in agris hodie potissimum usurpatūr, in Oppidis usurpatūr communis lingua Belgica, quæ Leouardia purior est, quam in alijs Friesia paribus, ob præsentiam Curiæ, quæ dialectum maximè usurpat Brabanticam : Stylus Curiæ procedendi modus, scribendi character adeo similis est ei, qui in Brabantia Curijs obseruatur, ut ouum ouo non posset esse magis: ex qua consequitur, eum qui Leouardia tum lingua tum praxi iuris expolitus esset, operam nequaquam lusisse, vi pote qui in Hollandia, Zelandia, Brabantia, Flandria, Geldria, ditione Vlraiectina, Transisulania & vicinis alijs prouincijs, non minus, quam in ipsa Frisia, Notarium, Secretarium, Senatorem, & quemcunque Iudicem Reipub. sua vitiliter & cum laude prestare posset: Nec verò me ab hac cogitatione dimouit amplitudo priuilegiorum vniuersitatis Louaniensis, quibus prohiberi aliqui putabant, ne qua alia post hanc vniuersitas erigeretur intra Belgium, quatenus id erat sub ditione Philippi secundi Hispaniarum Regis. Hoc enim priuilegium cum vniuersitati Louaniensi datum sit à Ioanne Brabantia Duce, ad eas duntaxat prouincias pertinet, quibus ille dominatus est. Inter quas transmarinae non sunt, quæ multo postea ad domum Burgundicam

K 2 . acces-

A uno Chri-  
sti. accesserunt: Itaq; memini anno 1564. Amplissimum

Senatum inclita Ciuitatis Gruningensis me per Syn-  
dicum suum clarissimum Iureconsultum, & mei a-  
mantissimum D. Doc. Hesselum ab Aysma honesto  
stipendio inuitasse ad professionem Institutionum Im-  
perialium, quod in particuliari sua schola, quam diu  
florentissimam habuerant, Philosophicis artibus iu-  
ris principia veluti Coronidem quandam addere de-  
creuissent, quo magis parata iuuentus esset ad audi-  
endum cum fructu Ius in iustis vniuersitatibus. Cuius  
conditionis nomine, cum ego Antonium Perrenot-  
tum Cardinalem Grauellanum, Vigilium Zuiche-  
num, & Ioachimum Hopperum consuluisse, qui-  
dudum à Regia Maiestate erigēda vniuersitati Due-  
censi trium uiri constituti erat, vnanimiter ab his mi-  
hi responsum fuit, posse me saluis priuilegijs Loua-  
nienibus eam prouinciam suscipere, & gratificari  
insuper Maiestate Regie, si orientalibus istis prouin-  
cijs ultra Gruningam sitis occasionem darem cultius  
humoris, quibus Romanae leges non admodum vsi-  
tate sunt. Quo audito prouincian suscepturus eram,  
nisi quidam commodo suo rem interuertisset. Quæ  
cum ita sit equidem occasione Canteri vniuersita-  
tem Leouardiæ futuram sperare non desu, quam ta-  
men amplissimi ordines postea Franekeræ constitue-  
runt, quæ duobus tantum miliaribus occidentem ver-  
sus Leouardia distat. Canterus autem ob supradic-  
tas causas Leouardiæ planè confessus erat, nisi  
istorum temporum infelicitas proposum eius impe-  
diuisset. Quanquam enim toto ferè Belgio pluribus  
iunct annis intestini hi motus satis acerbè grassati es-  
sent

uniuersitas  
Ducalis.

Vniuersi-  
tas Frane-  
kerensis.

sent, nusquam tamen his durantibus ad eius saltē  
 vitam usque tutius ac tranquillus vivere contigit,  
 quam Louani: Quæ causa fuit, vt & ille ibi tan-  
 tisper hærere decreuerit, donec pace recuperata tuto  
 in patriam commigrare posset. Quo si in columnis per  
 uenire potuisset, suppetente vita Reipub.literaria vbe-  
 res de se fructus haud dubio datus erat: Diuina  
 prouidentia, quæ piam ipsius voluntatem pro effectu  
 sumpxit, & immortali præmio cœlestis gloria remu-  
 nerare voluit, haud permisit, vt qui literas tanto cū  
 affectu promouisset alio in loco quam literis conse-  
 crato diem clauderet extreum: voluit enim huius  
 memoriam non modo scriptis ipsius toto terrarum  
 orbe celebrem, sed etiam hic sepulchro cōspicuo vene-  
 rabilem in omne aūum permanere. Ut qui Epitaphi-  
 um legerent, ad simulationem scriptorum loci ipsius  
 oportunitate exuscitarentur. Cum itaq; circa Idus Morbus, &  
 Nouembris in febre incidisset, quæ & in hec tam mors, & se-  
 degenerauit, tota hyeme cum hoc malo, & maxima pultura Cā-  
 parte Veris grauissimè conflictatus est, medicis fru-  
 stra opem feremib; Ideoq; cum indies ingrauescen-  
 te malo facile sentiret sibi imminere fatalem diem,  
 exacte vita mortem conformem meditatus est: Pra-  
 stit illi permulta officia, charitatis, vir singulari tū-  
 eruditione, tum pietate conspicuus Dominus M. Em-  
 bertus Eueraerts, ab Arendonck, sacre pagina Licensi-  
 tatus, & ad S. Iacobum tunc Pastor vigilantissimus.  
 Qui consolando, confirmingo, erigendo agrotum no-  
 ñes atq; dies non solum in ultimo agone, sed etiā ex  
 quo morbus habere periculum visus est. ad spē diuina  
 gracie alacriorem reddere dignatus est. Cuius hor-  
Febri  
Lentica

**Auno Chri-** accesserunt: Itaq; memini anno 1564. Amplissimum  
 sti.  
 Senatum inclita Ciuitatis Gruningensis me per Syn-  
 dicum suum clarissimum Iureconsultum, & mei a-  
 mantissimum D. Doc. Hesselum ab Aysma honesto  
 stipendio inuitasse ad professionem Institutionum Im-  
 perialium, quod in particulari sua schola, quam diu  
 florenissimam habuerant, Philosophicis artibus iu-  
 ris principia veluti Coronidem quandam addere de-  
 creuissent, quo magis parata iuuenius esset ad audi-  
 endum cum fructu Ius in iustis vniuersitatibus. Cuius  
 conditionis nomine, cum ego Antonium Perrenot-  
 tum Cardinalem Grauellanum, Vigilium Zuchene-  
 mum, & Ioachimum Hopperum consuluisse, qui-  
 dudum a Regia Maiestate erigenda vniuersitati Due-  
 censi triumviri constituti erat, vnanimiter ab his mihi  
 responsum fuit, posse me saluis priuilegijs Loua-  
 niensibus eam prouinciam suscipere, & gratificari  
 insuper Maiestati Regie, si oricem alibus istis prouin-  
 cijs ultra Gruningam sitis occasionem darem cultus  
 humamoris, quibus Romanae leges non admodum vi-  
 tate sunt. Quo auditio prouincian suscepturus eram,  
 etas Tran-  
 korensis. nisi quidam commodo suo rem interuertisset. Quae  
 cum ita sit equidem occasione Canteri vniuersita-  
 tem Leouardiæ futuram sperare non desu, quam ta-  
 men amplissimi ordines postea Franekeræ constitue-  
 runt, quæ duobus tantum miliaribus occidentem ver-  
 sus Leouardia distat. Canterus autem ob supradic-  
 tas causas Leouardiæ planè confessurus erat, nisi  
 istorum temporum infelicitas propositum eius impe-  
 diuisset. Quanquam enim toto ferè Belgio pluribus  
 ium annis intestini hi motus satis acerbè grasset es-  
 sent

sent, nusquam tamen his durantibus ad eius saltem  
 vitam vsque tutius ac tranquillus vivere contigit,  
 quam Louanijs: Quæ causa fuit, vt & ille ibi tan-  
 tisper harere decreuerit, donec pace recuperata tuto  
 in patriam commigrare posset. Quo si incolumis per  
 uenire potuisset, suppetente vita Reipub.literarie vbe-  
 res de se fructus haud dubio datus erat: Diuina  
 prouidentia, quæ piam ipsius voluntatem pro effectu  
 sumpxit, & immortali præmio cœlestis glorie remu-  
 nerare voluit, haud permisit, vt qui literas tanto cū  
 affectu promouisset alio in loco quam literis conse-  
 crato diem clauderet extreum: voluit enim huius  
 memoriam non modo scriptis ipsius toto terrarum  
 orbe celebrem, sed etiam hic sepulchro cōspicuo vene-  
 rabilem in omne ævum permanere. Ut qui Epitaphi-  
 um legerent, ad emulationem scriptorum loci ipsius  
 oportunitate exuscitarentur. Cum itaq; circa Idus Morbus, &  
 Nouembris in febrem incidisset, quæ & in hecticam mors, & se-  
 degenerauit, tota hyeme cum hoc malo, & maxima pultura Cā  
 parte Veris grauissimè conflictatus est, medicis fru-  
 stra opem feremibus. Ideoq; cum indies ingrauescen-  
 te malo facile sentiret sibi imminere fatalem diem,  
 exacte vite mortem conformem meditatus est: Pra-  
 stit illi permulta officia charitatis vir singulari tu-  
 eruditione, tum pietate conspicuus Dominus M. Em-  
 bertus Eueraerts, ab Arendonck, sacre pagina Licens-  
 tiatus, & ad S. Iacobum tunc Pastor vigilansissimus.  
 Qui consolando, confirmingo, erigendo agrotum no-  
 ñes atq; dies non solum in ultimo agone, sed etiā ex  
 quo morbus habere periculum visus est, ad spē diuina  
 gracie alacriorem reddere dignatus est. Cuius hor-

Febri  
Lettina

A uno Chri- accesserunt: Itaq; memini anno 1564. Amplissimum  
sti. Senatum inclita Ciuitatis Gruningensis me per Syn-  
dicum suum clarissimum Iureconsultum, & mei a-  
mantissimum D. Doc. Hesselum ab Aysma honesto  
stipendio inuitasse ad professionem Institutionum Im-  
perialium, quod in particulari sua schola, quam diu  
florentissimam habuerant, Philosophicis artibus iu-  
ris principia veluti Coronidem quandam addere de-  
crevissent, quo magis parata iuuenius esset ad audi-  
endum cum fructu Ius in iustis vniuersitatibus. Cuius  
conditionis nomine, cum ego Antonium Perrenot-  
tum Cardinalem Grauellanum, Vigilium Zuchene-  
mum, & Ioachimum Hopperum consulinsssem, qui-  
dudum à Regia Maiestate erigēda vniuersitati Due-  
censi trium uiri constituti erāt, vnanimiter ab his mihi  
responsum fuit, posse me saluis priuilegijs Lou-  
nienibus eam prouinciam suscipere, & gratificari  
insuper Maiestate Regia, si orientalibus istis prouin-  
cijs ultra Gruningam suis occasionem darem cultus  
humanoris, quibus Romana leges non admodum vi-

Vniuersi- tate sunt. Quo auditio prouincian suscepturnus eram,  
tis Tran- nisi quidam commodo suo rem interuertisset. Quae  
kerensis. cum ita sint equidem occasione Canteri vniuersita-  
tem Leouardiae futuram sperare non desu, quam ta-  
men amplissimi ordines postea Franekeare constitue-  
runt, qua duobus tantum milibaribus occidentem ver-  
sus Leouardia distat. Canterbury autem ob supradic-  
tas causas Leouardiam planè confessurus erat, nisi  
istorum temporum infelicitas propositum eius impe-  
diuisset. Quanquam enim toto ferè Belgio pluribus  
tum annis intestini hi motus sauis acerbè grasset es-  
sent

sent, nusquam tamen his durantibus ad eius saltē vitam vsque tutius ac tranquillus vivere contigit,  
 quam Louaniū: Quæ causa fuit, vt & ille ibi tantisper hærere decreuerit, donec pace recuperata tuto in patriam commigrare posset. Quo si incolumis peruenire potuisset, suppetente vita Reipub. literarie vberes de se fructus haud dubio datus erat: Diuina prouidentia, quæ piam ipsius voluntatem pro effectu sumpfit, & immortali præmio cœlestis gloria remunerare voluit, haud permisit, vt qui literas tanto cū affectu promouisset alio in loco quam literis consecrato diem clauderet extreūum: voluit enim huius memoriam non modo scriptis ipsius toto terrarum orbe celebrem, sed etiam hic sepulchro cōspicuo venerabilem in omne aūum permanere. Ut qui Epitaphium legerent, ad emulationem scriptorum loci ipsius oportunitate exuscitarentur. Cum itaq; circa Idus Morbus, & Nouembris in febrem incidisset, quæ & in hec tam mors, & se degenerauit, tota hyeme cum hoc malo, & maxima pultura Cā parte Veris grauissimè conflictatus est, medicis frustria opem feremibus. Ideoq; cum indies ingrauescente malo facile sentiret sibi imminere fatalem diem, exacte vita mortem conformem meditatus est: Praestit illi permulta officia charitatis, vir singulari tū eruditione, tum pietate conspicuus Dominus M. Em bertus Eueraerts, ab Arendonck, sacre pagina Licensatus, & ad S. Iacobum tunc Pastor vigilansissimus. Qui consolando, confirmingo, erigendo agrotum noctes atq; dies non solum in ultimo agone, sed etiā ex quo morbus habere periculum visus est, ad spē diuina gracie alacricrem reddere dignatus est. Cuius hor-

Febri  
Lettina

1575

Annus alab. 33.

tatu ille mature compositis rebus suis mixus misericordia diuina in Dominum placide obdormiuit, anno post natum Christum 1575. Mensis Maij decima octaua, quæ dies Mercurij erat, intra horam quartam & quintam manæ: Cui ad complendum annum etatis trigesimum tertium tantum defuit temporis, quantum hic porrò ad vigesimam quartam diē sequentis Iulij restabat. Sepultus est in ade Sancti Iacobi ad Australem partem Templi, loco in primis conspicuo ac celebri. Testamenti sui executorès esse voluit, Dominum Cornelium Valerium Preceptorè suum, & Amplissimum Nobilissimumq; virum ac Dominum Carolum Heluegen, Dominum de Saert, hospitem suum, apud quem vita defunctus est: Itaque illi manibus eius debita solennitate insta persolverunt, & ex prescripto ipsius reliquis omnibus ritè peractis, Bibliothecam eius Ultraiectum ad fratrem Theodorum transmisserunt, qui ea nunc ut ad ornementum familie autæ, ita & ad subsidium Reip: b. literariorum iustissimus, idemque dignissimus heres vitatur ac fruitur. Obiit autem Cameræ ut ingenti incommodo rei literariae, cui plurimum post hac erat collaturus, ita etiam summò omnium eruditorum luctu, quibus acerbissimum sui desiderium reliquit, & quibus cum vita eius integerrime transacta, singularis item virtutis & eruditio pleno ore, suu ipse erat, prædicatur, nemo erat, cui non ea de clementia Diuina spes esset, ut consideret, Canteri manibus aeternam requiem præmij nomine repensam esse: Que quidem vita illis ac propria sit, omnium votis optandum est. Multi fuerunt viri boni & eruditii qui

qui memoriam eius carminibus suis prosecuti sunt,  
qua nos ad calcē huius tractatus adieciſſimus, si com-  
modū fuſſet vitam eius separatim edere. Quod quo-  
niam non fuit, & ratio nos coēgit de Canteſo inter  
Scriptores Frificos agere, carmina iſta quāuis docti-  
ſima ſint, oneri hic erunt ſi omnia infarſiantur. Ideo  
que alibi oportunius, vna cum noſtriſ enulgabuntur;  
Authores autem horum carminum ſunt:

Cornelius Valerius Vlraieſtinus.

Georgius Ratallerius Leouardiensis.

Andreas Papius Gandensis.

Ioannes Leuineus Gandensis.

Gualterus Colinus Gandensis.

P.Pierius Smenga Schotanus.

a/ Hymo Domincus Organopœus Leouard.

Albertus Hera Snelcannis.

Andreas Schottus Andouerpianus.

*Andr. Schottus*

Vilhelmus Cripius Iumor.

Ioannes Fungcrus Leouardiensis.

Scripsit autem Canterus noster primum.

Nouarum lectionum l. 4. in quibus preter variorū  
authorum tā Græcorum quam Latinorū explicatio-  
nes Aſhenæi, Gellyj, & aliorum fragmenta quædā in  
lucē proſeruntur Bafil. excud. Opor. in 8. anno 1564.

Deinde Aelz Aristidis orationum tomos tres Lat.  
conuertit: Quorum primus 28. secundus 17. tertius.  
7. Orationes complectiūr.

Huc accedit orationum tomus 4 . ex veteribus  
Græcis Oratoriis coniunctus eodem interprete.  
Gorgiae orationes 2. Thucydidis vnam Lefbonactis  
vnam, Andocidis vnam, Herodis vnam Antisthe-

Anno Christi 1562 duas, Lysie vnam Dinarchi vnam, Alcidamant s vnam continens.

Adiungitur etiam de ratione emendandi Gracos autores eiusdem syntagma.

Ac deniq; Gnomologia Graecolatina, sive sententia insigniores breuiter ex Aristide collecta, Basil. excudit Perna. in fol. 1566.

Præterea Lycophronis Alexandram sive Cassandra, latine ad verbum trastulit, ad eius anno 1562. quibus loca difficultata partim è scholijs Grecis partim ex alijs Scriptoribus explicantur. Huc accessit Epitome Cassandrae Graecolatina carmine Anacreontio eodem Authore: Nec non ipsius Cassandrae versio altera carmine expressa per Iosephum Schaligerum Iulij filium: Basil. excudit Oporinus in 4. anno 1566.

Nouas lectiones recognouit & tribus libris auxit Basil. recudit Oporinus in 8. anno 1566. Similiter Aristidis Pephi Fragmentum, sive Herorum Homericorum Epitaphia, primus authori suo restituit, latine vertit & annotationibus illustravit: His adiecta sunt Ausonij Epitaphia Herorum, quæ bello Troiano interfuerunt, aliquot locis ab eodem emendata. Basil. excudit Guarinus in 4 anno 1566.

Præterea Fragmenta quædam Ethica Pythagororum quorundam ex Stobæo desumpta, Latinitate donauit. Basilea excudit Oporinus in 4. anno 1566. cum Ethicis Aristotelis Graecolat.

Postea Synesii aliquot opuscula Græcè pariter ac Latine primus edidit, sunt autem hæc: De Dono ad Paconium, Concio secunda, Constitutio, Constitutio altera:

altera: Hymni Carmine, quibus adiuncti sunt alij  
tres hymni: Basileæ excudit Oporinus in 8. anno

Anno Chrys.  
lvi.

1567.

Eiusdem locorum aliquot in Ciceronis epistolis ex  
plicationes & emendationes. Ant. excudit Plant. in  
8. anno, 1568. cum ipsis Epistolis.

Eiusdem in Propertium scholia ibidē excu. in 8. an.  
1569. Cum ipso roportio.

Deniq<sup>z</sup> Euripidis tragœdias edidit in quibus pra  
ter infinita menda sublatā, carminum omnium ra  
tio hactenus ignorata proditur, adiectis Euripidis  
sententijs aliquot insignioribus, & Latinis versibus  
eb eodem redditis, Antuerp. excud. Plant. in 16. anno  
1571. quod ipsum etiam in Sophocle & Aeschilo bre  
ui edendis ab illo prestitum est.

Nouas lectiones iterum recognouit & libro uno  
auxit, quibus accessit de ratione emendandi Gracos  
Authores Syntagma similiter auctum, nec non Ari  
stotelis pepli fragmentum cum alijs, tum integrata  
bula Deorum, & hominum illustrium progemes co  
pleteentes itidem auctum. Ant. excud. Plat. in 8. an.  
1571. ac nouarum lectionum quarta iam editio para  
batur, libro uno rursus aucta,

Similiter locorum aliquot in Ciceronis epistolis  
explicationes & emendationes recognouit additis  
nouis locorum aliquot in epistolis ad Atticum expli  
cationibus & emendationibus ibidem excud. in 8.  
1572. uno folio.

Postremo Ioannis Stobæi eclogarum libros duos  
in latinum conuertit, quorum prior Physicas poste  
rior Ethicas complectitur: quibus una etiam acces  
serunt

Anno Chri-  
sti.

serunt G. Gemisthi Plethonis de rebus Peloponnesia-  
cis orationes duæ eodem interprete. Ant. excud. Plat.  
anno 1575.

Confecit quoq; separatim tabellas duas, alteram  
in Ciceronis libros de officijs, primo separatim à Syl-  
vio excusam vno sem folio. Deinde tum ab eodem  
vna cum ipso Cicerone, tum etiam ab Oporino vna  
cum ipso Cicerone & nostris in eundem castigationi-  
bus: Alterā in Cornel. Valerij Phisica, cū ipsis à Plat.  
eadem formam editam.

Transludit insuper Ael. Aristidis artis Rhetor lib.  
duos, vnu de oratione Ciuiti, Alterū de oratione sim-  
plici, nondum editos: Poëmatum deniq; libros qua-  
tuor propemodum absoluerat:

*Nota.*

Scripsit etiam notas in Bibliothecam Iosie Simle-  
ri quibus multis Author. genuinam nomina, & scripta  
restituit, quas apud me Louanijs reliquit, quas ego li-  
benter communicabo cum ijs, qui Biblioteca ador-  
nande operam dignam nauare cupiunt additis etiā  
obseruationibus meis.

### 9. Ioachimus Hopperus.

**I**oachimus paternum genus ex Hopperiana, ma-  
ternum ex Piersmana familia ducit, quavtraq;  
in Frisia ob antiquitatem ac nobilitatem, venerabi-  
tas & nobi-  
litas.

Hopperum in Archivis maiorum nostrorum me-  
legisse memini, qui fuerit vnu ex capitaneis præcipuis  
Hengisti & Horsii in expeditione Anglicana an. Chr.  
449. cum Britanni am occuparent. Vnde & Hoppe-  
roru familia, tū in Angli ium in Schot propagata in-  
luc vsl die durat: ex quam memoria nostra fuit ille

Vigornien-

Vigorniensis & Glocestrensis, Episcopus Ioannes Hopperus. De quo multa scriptores Anglici. Eiusdē etiam familie vestigia reperiuntur in terra Grunin-gana, in Saxoniam, in Heluetia, in Germania superio-ri: Vnde & Marcus Hopperus Basileensis originem duxisse videtur, cuius scripta Bibliotheca publica re-censem: Insignia huius familie vetustissima sunt, dimidiata aquila, & argenteus pectoris Harengus (qui vulgo halec dicitur) coronatus in scuto cœruleo. Occa-sione deinde affinitatis cum orientalibus Frisis Pellicanum receperunt. Successu temporis etiam Sca-cos Bauaricos Pellicano addiderunt, ut infra suo lo-co dicemus. Scacis rursum omisis, Pellicanum aureū solum retinuerunt. vna cum tribus pullis in scuto cœruleo, in cuius galea idem Pellicanus eminet. Ut in hunc usq; diem Hopperiani omnes usurpant. Hoppe- rorū porrò genit nomen hoc inde esse Cappidus Stau-rienensis afferit quod olim domini fuerint istius distri-ctus, qui inter Stauriensem & Hornensem ciuitatē quondam terra continua fuit, nunc mare est, & ni-hilo minus retento nomine, Dijc Hoppe adhuc voca-tur: Ex huius enim dominio eos tum dictos fuisse, Dijc Hop Heer, hoc est, Hoppe dominos: Mutata de inde rerum natura, & veritatis notitiam obumbran-te temporum diuturnitate, dictos fuisse, ut & nūc di-cuntur Hoppers. Remanente tamen in singulis prima-originis Vestigio cum priuatim quisq; eorū non Hop-pers, sed Hopper, quasi Hop Heer in antiquis monu-mentis reperiatur: Suffridus Sterkenburgius ad-dit hic hist. memorabile: Ancillā ait Iuonis Hopperi, non istius, de quo infra, sed antiquioris, an. Chr. 500.

Cum

Anno Christi. 154. serum G. Gemisthi Plethonis de rebus Peloponnesiacis orationes duæ eodem interprete. Ant. excud. Plat.  
anno 1575.

Confecit quoq; separatim tabellas duas, alteram in Ciceronis libros de officijs, primo separatim à Sylvio excusam vno sem<sup>er</sup> folio. Deinde tum ab eodem vna cum ipso Cicerone, tum etiam ab Oporino vna cum ipso Cicerone & nostris in eundem castigationibus. Alterā in Cornel. Valerij Phisica, cū ipsis à Plat. eadem formam editam.

Transtulit insuper Ael. Aristidis artis Rhetor lib. duos, vnu de oratione Ciuitati, Alterū de oratione simplici, nondum editos: Poëmatum deniq; libros quatuor propemodum absoluerat:

*Nota.* Scripti etiam notas in Bibliothecam Iosie Simle ri quibus multis Author. genuina nomina, & scripta restituit, quas apud me Louanijs reliquit, quas ego libenter communicabo cum ijs, qui Bibliotheca adoranda operam dignam nauare cupiunt additis etiā obseruationibus meis.

### 9. Ioachimus Hopperus.

Prosapia Hopperiæ nœ antiqui-  
ternum ex Pieriana familia ducit, qua vtraq;  
in Frisia ob antiquitatem ac nobilitatem, venerabi-  
tas & nobilitas semper fuit, ut ex infrascriptis apparebit. Siuar-  
dion Hopperianum in Archivis maiorum nostrorum me  
legisse memini, qui fuerit unus ex capitaneis præcipuis  
Hengisti & Horsii in expeditione Anglicana an. Chr.  
449. cum Britannijs occuparent. Vnde & Hoppe-  
roru familiæ, tū in Anglia in Schot. propagata in  
hunc usq; die durat: ex qua memoria nostra fuit ille

Vigornien-

Vigorniensis & Glotestrensis, Episcopus Ioannes Hopperus. De quo multa scriptores Anglici. Eiusdē etiam familiæ vestigia reperiuntur in terra Grunin-gana, in Saxonia, in Heluetia, in Germania superio-ri: Vnde & Marcus Hopperus Basileensis originem duxisse videtur, cuius scripta Bibliotheca publicæ re-censem: Insignia huius familiæ vetustissima sunt, Insignia dimidiata aquila, & argenteus pectoris Harengus (qui vulgo halec dicitur) coronatus in scuto cæruleo. Occa-sione deinde affinitatis cum orientalibus Frisii Pelli-canum receperunt. Successu temporis etiam Sca-cos Bauaricos Pellicano addiderunt, ut infra suo lo-co dicemus. Scacis rursum omiſſis, Pellicanum aureū solum retinuerunt. vna cum tribus pullis in scuto cæ-rulæo, in cuius galea idem Pellicanus eminet. Ut in hunc usq; diem Hopperiani omnes usurpant. Hoppe-rorū porrò genti nomen hoc inde esse Cappidus Stan vnde dicti. riensis asserit quod olim domini fuerint istius distri-ctus, qui inter Staurensem & Hornensem ciuitatē quondam terra continua fuit, nunc mare est, & ni-bilo minus retento nomine, Dye Hoppe adhuc vo-atur: Ex huius enim dominio eos tum dictos fuisse, Dye Hop Heren, ho. est, Hoppe dominos: Mutata de inde rerum natura, & veritatis notitiam obumbran-te temporum diuturnitatē, dictos fuisse, ut & nūc di-cuntur Hoppers. Remanente tamen in singulis primæ originis Vestigio cum priuatum quisq; eorū non Hop-pers, sed Hopper, quasi Hop Heer in antiquis monu-mentis reperiatur: Suffridus Sterkenburgius ad-dit hic hist. memorabile: Ancillā ait Iuonis Hopperi, non istius, de quo infra, sed antiquioris, an. Chr. 500.

Cum

Anno Christi 155. Cum aquam ex puto hauriret, extraxisse simul viuentem piscem Harengum. Quare cognita Iuonem ad perpetuam rei memoriam Clypeo suo in quo habetens aquilam solam habuerat, addidisse barengū, eumq; coronatum, quod ipsi euit ande imminētis calamitatis nuncius oportunus aduenisset: Recordatus enim vir solers Oraculi eius, quod Stauo Frisiorum Iuppiter de flammis ex rubro clivo prope stauriam anno Christi 155. erumpentibus consultus ediderat, non esse periculum timendum ex flammis istis, quas successu temporis consecuturum esset contrarium refrigerium, ex re praesenti facile prospexit, prae dentis Vatic. futurū cœnū: ideoq; paulatim diuēdi tis aut permutatis iis, quæ illic possidebat, sedes suas

Hopperia. Orien. versus transtulit: Ulta Fleuifluuj brachium nœ familiœ primum: Idem fere T gloni à Tadema in Kreyl: con trāsmigra tigit, vt & alijs quibusdam, qui eodem oraculo moti, tio ex Hop Orientem versus emigrarunt: Hopperianam autem statiōsem familiam deinceps in vrbe Stauria celeberrimo olim regni Friesæ Emporio. Regumq; sede floruisse, & tam quam hereditaria successione Reipub. gubernaculis semper profuisse satis certum est. Testantur id Archivia Stauriensis vrbis, testantur id Chronicorum publica Eulogia. Indicio sunt Gentilium Auitæ sedes, indicio sunt & sepulture, quæ Stauria & in Hemelis prope Stauriam atq; etiam propè Bolsuerdiam conspicuntur. A Siuardo illo supradicto Hengisti Capitaneo, porrò qua serie & alijs ex alijs habetens in hac familia progeniti sint, dicere possemus, nisi temporum iniqtas nobis Sterckenburgij monumenta integrâ inuidissit quem in huiusmodi familij anti quis

qui s, earumq; Genealogijs describendis valde diligenter fuisse supra diximus: Ex Siuardi ergo posteris antiquior nobis hactenus nemo repertus est, quā Iuo Hopper. ille, qui per barengū admonitus relictā Hoppa, Staur. cōmigravit. Post quē interuallo 850. annū, hoc est anno 1350. Alius Iuo Hopperus Stauria consulatu functus ex publicis actis instrumētisq; cognoscitur: Cuius pīnde posteritatē vt extat, paulo diligētiūs nos hic explicare sine inuidia benevolus letet pāliatur, ob rationes iustas quas infra reddemus Genealo-

gia Ioachi-  
mi Hoppe-  
ri.

Hic igitur Iuo Hopperus moriēs superstites duos filios reliquit, Hermannum, & Tiedemannum: Hermannus, qui dominus in pago Scarla fuit, post mortem patris interuallo non admodum longo sine liberi vita defunctus est.

Tiedemannus verò vir ditissimus, vtpote & fraterna hereditate locupletatus, & aiequi Dominus existens in Varns & Laexum Alberto Duci Bauariae, & Comiti Hollandie, cum is Frisia dominaretur, à Consiliis fuit. Neg, interim tantum Consul Stauriensis, sed & totius Provinciae deputatus fuit. Quem tanto fauore & benevolentia prosecutus est supradictus Bauariae Dux, vt illi insignia auita (pellicanum scilicet) quae Hopperiana familia tunc visitata erant, suis, hoc est, Bauar. Scacorū tabulis additis augeret ornaretq; ita vt Tiede. ille in signibus Ducis cum Pellicano medio, dū viueret, vsus reperiatur.

Paterna  
prosapia  
Hopperi.

Tiedemannus hic Stauria vita defunctus filium & in consulatu successorem Arnoldum Hopperum habuit. Qui tamē in signibus istis plenis vsus non est, nam rebellante contra ducem Frisia, omnes isti, quos

Anno Chri-  
sti.

quos Dux officijs politicis admouerat, patria excide-  
runt. Ideoq; libri supradicti Tiedemanni in Angliam  
& Schotiam ad amicos aliquandiu secedere coacti  
sunt. Et reconciliatione paceq; facta in Frisia re-  
uersi sunt.

Porr̄d autem Arnoldus supradictus, & ipse ali-  
quandiu Stauriensis Reip. Consul fuit, qui ibi debitum  
naturae soluit, tres filios superstites reliquit, Tiede-  
mannum scilicet, Sakelium, & Hermannum: Her-  
mannus iste sine liberis obiit, Sakelius habuit filios  
duos, Arnaldum, & Timannum: Timannus habuit fi-  
lios duos Sakelium & Petrum, & filiam vnam Ca-  
tharinam Sakelius hic filium habuit Cornelium &  
alios pr̄ter eum liberos in Hollandia: Petrus hic no-  
bis olim condiscipulus Leouardia fuit sub M. Corne-  
lio Colberto, ac cœlebs & sine liberis obiit: Cathari-  
na ex Ielbio Iacobi AEgidij consulis Leouardiensis  
filio Timannum & Ielbum enixa est, quæ marito vi-  
duata, grassantibus in Frisia sacris factionibus Em-  
ricam se contulit, vt & tranquillitati suæ, & filio-  
rum studijs consuleret. Vbi & in Dominum p̄è ob-  
dormiuit: Timannus eius filius natu maior post obi-  
tum matris Coloniam se recepit, operamq; strenuā  
Iurisprudentiae nauauit, quod & in Gallia, & in su-  
periori Germania fecit, & Iuris Lauream secutus,  
in patria suis & Reip. negotijs diligenter incubit.

Tiedemannus denique Arnoldi supradicti filius  
Tadæum habuit filium, qui & ipse quoque Consul  
Stauriensis fuit.

Deinceps ponētur & vxorū iam nomina ex qui-  
bus Hopperiani progeniem suam propagarunt per  
quas

quas magis apparet familie splendor, quam illustrat Anno Christi  
affinitates tam generosae.

Itaque supradictus hic Tadæus vxorem habuit nomine Liuckiam à longama, cuius pater Galenus, avus paternus Euerardus à longama fuit, quorum aucta sedes est in Varns, vbi hactenus extat eius vestigium Eueritsma Geest. Ex hac igitur Liuckia Tadæus supradictus sustulit filios tres, Suffridum scilicet, Sakelum & Galenum, & filiam vnicam Idam. Hæc Ida nupta fuit Petro ab Aucama. Cuius pater M. Petrus ab Aucama V.I.C.ac senior vrbis Leouardiensis fuit, eamq[ue] ciuitatem primus vallo cinctus. de quo supra cap. i. decad. 9. cōmodius diximus, vbi & Ida posteritatem deduximus, ut eam hic rursus intulcare nihil sit necesse.

Galenus porrò supradicti Tadæi filius, habuit Fredericum & Tadæum (qui fuit Senior vrbis Snelcanæ) & horum sorores.

Sakelius autem Tadæi eiusdem filius, filios duos habuit Regnerū & Tadæum & filiam vnicā Idam.

Suffridus denique eiusdem Tadæi filius, duos filios habuit, Ioachimum hunc de quo nobis hac est instituta tractatio, & ex alia uxore Scheltonem, qui sine liberis obiit.

Sic igitur vt omisis ramis transuersis huius arsis rectum stipitem paucis expediamus ex Iuone Tiedemannus, ex eo Arnoldus, ex quo Tiedemannus, ex hoc Tadæus, ex illo Suffridus ex quo Ioachimus natus est.

Maternum genus Ioachimi nec minus antiquum & minus splendidū est, quam paternū: Mater enim

Ioachimi

Materna  
prosapia  
Hopperi.

Anno Chri<sup>t</sup>i. 160. I<sup>o</sup>achimi cui nomen erat Rixia, filia fuit I<sup>e</sup>. onis à  
piersma Consulis S<sup>n</sup>ecani, cuius occasione familiæ  
Hopperiana cognationem Piersmanorum, Tierx-  
manorum, Tariganorum, & Sirxmanorum con-  
traxit.

Piersmani enim huius Rixia ratione accedit; cuius pater Fei. o consul S<sup>n</sup>ecanus, avus Tarquinius  
Consul item S<sup>n</sup>ecanus, roculus Aelius Pi<sup>r</sup>sma fuit:  
Piersmani hi sedes antiquas habuerunt in Rauerdia  
vbi Arx etiam nunc Piersmana superest, &alue-  
runtq<sup>ue</sup>, ibidem in templo maiorum suorum monumen-  
ta: Postea commigrarunt S<sup>n</sup>ecam. Vbi etiam monu-  
menta sua in templo, & domum prope ponte iustitia  
habent.

Tierxmani ratione Feiconis supradicti accedunt:  
Tarquinius enim à Piersma Feiconem filium sustu-  
lit ex Rixia Tierxmana cuius pater Donuo Consul  
S<sup>n</sup>ecanus, avus Sicco Tierxma vocabatur. Tierxma  
ni sedes antiquas habuerunt, in Elandersen propè Ra-  
uerdiam, vbi etiam nunc eorum monumenta visun-  
tur, hinc postea S<sup>n</sup>ecam immigrarunt.

Tarigani accedunt ratione Tidea, que vxor fuit  
Feiconis supradicti: Hac enim patrem habuit Rem-  
bertum Ioenkens siue Tariga senorem ciuitatis Leo-  
uardiensis. Cuius pater fuit Tarichus Ioenkens Stau-  
riensis, Consul Leouardiensis. Ex cuius posteritate  
etiam descendit nobilissimus ille medicorum Phœnix  
Remberius Dodonæus: Ut infra suo loco plenus de-  
ducemus: Hi Tarigani sedes suas Leouardia & ma-  
iorum suorum monumenta ibidem in templo predi-  
catorum, & bona in suburbijs habent.

Sirma-

Sirxmani, demig<sup>3</sup>, accedunt ratione Rixtia & Sirxma-  
næ, quæ mater Tidea Larigana auia Rixtia Piersma-  
næ, proauia Ioachimi Hopperi fuit: Hæc autem pa-  
trem habunt Dodonem à Sirxma ciuitatis Leouar-  
diensis consulem, auum verò paternum Allardum  
Sirxma consulem item Leouardiensem, & ex eodem  
patre frarem Allardum: Huius Allardifiliae fuerūt  
duæ, Tidea & Beitsia, filius unus M. Tiepco V.I.C.  
& in suprema Frisiæ Curia Aduocatus. Huius filij  
sunt, Bernardus, Allardus, ac Dodo: qui ut equidem  
puto superflutes adhuc in administratione Reip. sunt:  
Sirxmani autem originem à Snelcanis trahunt. Sed  
postea Leouardiā commigrarunt, vbi & sedes ve-  
teres, & prædia in suburbanis & maiorum monumē-  
ta in templo prædicatorum ante chorūm habent.

Hæc de Ioachimi prosapia paulo fusijs hic expli-  
cuimus: rimūm quod multarum antiquitatum ex-  
plicandarum occasionem nobis præbeat, quæ ad illu-  
strandam Patriam nostram plurimum conducunt.  
Deindeq; ad personas, quæ in hac genealogia recen-  
sentur, commode referri queant & alia, quæ harū  
æquales extiterunt: Postremd, quod huc lectorem sæ-  
pius remittamus hoc opere in Scriptoribus explicā-  
dis qui familie Hopperianæ vel agnatione vel cognā-  
tione vel affinitate, iunctæ sunt: Ut suis locis infra  
supraq; apparebit.

Natus est autem Ioachimus Hopperus ipso die S. Natiuitas  
Martini, hoc est, 11. die Nouembris anno 1523 Snelca, Ioachimi  
in ædibus aui materni, quo mater instantे partu con- & educa-  
cesserat, habebat enim maritus auitum prædium in tio.  
Hemelis propè Stauriā in quo morabatur: Vxor ppè

Anno Ghri- ex subsequenti puerperio interiit: Nec ipse valde dis-  
 xi. illi superstes fuit, quamquam post mortem huius Vxo-  
 ris aliam duxit, ex qua Scheltonem habuit, ut dictum  
 est. Ideoq; Ioachimus parentibus orbatus apud auum  
 & auia porrò Snece educatus est. Quia vero infar-  
 nutrix idonea euestigio repperiri non potuit, honestan-  
 ciueni & vicinam suam, qua nuper in Viglia Assum-  
 ptionis B. Mariae filium enixa erat, auia conduxit, ut  
 bunc nepotem suum, vna cum filio proprio suis vberi-  
 bus aleret. Quod & non difficulter obtinuit: Hac au-  
 tem erat mater Dominici Bendixij de quo infra ca-  
 pite i. Decade 14. dicturi sumus. Vnde Ioachimus  
 hunc Bendixium singulari semper amore prosecutus  
 est. Vipote cuius fuisset collactaneus.

Inclinatio.

Ioachim.

Ioachimus autem cui rei à natura factus esset,  
 ab ipsa inde infantia manifestis indicijs mox decla-  
 rauit, qui à libris quantumuis puer diuelli nuuquam  
 potuit. Quod animaduertens pro singulari pruden-  
 tia sua ad finis eius M. Ioannes Buygirs puerum sin-  
 gulari amore complexus est, & non vano euenu prä-  
 dixit in virum magnum esse euasurum:

Institutio

Loachi.

Puer itaq; mature studijs adhibitus Snece rudi-  
 menta virtusq; lingua & reliquarum artium triuia-  
 lium fidelissime iecit, præceptoribus vsus M. Ioanne  
 Rodano Drento, & M Gerardo Leouardiensi; Hisce  
 fultus anno 13. atatis vna cum collactaneo suo Do-  
 minico Bendixio & alijs aliquot & qualibus Harle-  
 num missus est. Vbitum Schole celeberrima Rector  
 præerat vir omni literarum genere instructus, &  
 ad iuuentutem faeliciter instituendam ab ipsa natu-  
 rafactus M. Cornelius professione Presbyter. Sub  
 hoc exactis annis quatuor, ac Philosophis discipli-

Nis & politioribus literis probè instructus comitante Bendixio suo Louanium cōtendit: Hic se iuridice & facultati prorsus addixit, in qua tum publicos professores insignes habuit, quos audiret, Ioannem Hasium, Gabrielem Mudæum, & complures alios: Interim tamen ut legum fontes, & Iuris penetralia penitus rimiraretur, Philosophia etum Phisicæ, etum Ethicæ diligentius incubuit. Philosophia autem sectatus est, maxime Platonicam, quod hanc Iuriscon futuro pluri-  
mū conferre iudicaret. Cui cū & Methodum adiungeret, cuius semper studiosissimus fuit, ad propositum studiorum suorum scopum facile peruenit, ut rectè iudicaret, quid singulis hominibus in solitaria, quid coniugibus infamiliari, quid ciuibus in politica vita cōu-  
niret, & sibi idcirco pro horū delectu, in officijs delibe-  
ratione consiliū certū esset. Triennio his dato Parigijs,  
& deinde Aurelia profectus est. Ut & usum lingua Gallicæ cōpararet, & interim eruditōrum amicitia sibi conciliaret, quorū collatione doctior euaderet. Hinc iā Italiam petere eodem consilio proposuerat, nisi rebus ipsius in patria sic postulātibus, è medio cursu, eū re-  
uocasset M. lo. Buyg. cuius prudētiæ multū tribuebat Rursus itaq; Lou. toto conatu ad iur. prof se cōformauit: Erat autē iā maxima apud iuris cōdīcatoe eius expectatio propter conceptā de eius in omni disciplinarum genere solida sciētia opinione, quam vt inde fessus labor ipsi pepererat ita exercitia priuata cum laudatissimis iuuenib; frequētata auxerāt eruditōrū eulogia publica confirmarant: Sumpſit igitur Louanijs titulum licentia in viroque iure. Incūns actu publico eiusmodi ſpecimē eruditionis ſuā dedit, vt in

Ioachimi  
Professio  
ad V.I.Lie

Anno Chri-  
sti. celeberrimo Doctorum conuentu, facile probaret fa-  
mam de se sparsam nequaquam esse vanam: Non ita  
Ioachimi multo post in publicum prodijt, & partim exercendi  
professio sui causa, partim in gratiam studiosæ iuuentutis Ca-  
liris hono thedram legitimæ professionis descendit: Ex qua  
raria. cum eius industria applausus, applausum summa  
eruditorum frequenia consequeretur, Antistites v-  
niuersitatis conatus eius, mox delata honoraria Iu-  
ris professione promouerunt nullo statuto stipendio,  
baricam in tantum ut doceret ex auctoritate publica: Hac fre-  
Iure discu- tis liberius potuit ab inueterata Barbarorum do-  
cendi consuetudine deflectere, & ad puriorem illam  
veterum: Iuris tractandi rationem, iuuenum studia  
reuoare: Quod Gabrieli Mudæo quamvis eruditissi-  
mo hactenus difficile fuerat, obstantibus Barbarorū  
Decretis, vt & nos ex Gabriele sèpius corā audi-  
mus, & se quoque audiuisse in Gabrielis vita testa-  
tur Matthæus Vesenbecius: Ut igitur plausibiliore  
redderet doctrinam suam, Iuris artem se traditu-  
rum professus est, & idcirco Digestorum paratilia  
exorsus consequentiam, titulorum in pandectis ra-  
tione subiecta declarauit, quod hactenus illic non mo-  
do inusitatum erat, sed & paradoxum quoque vide-  
batur, quod plerisq; persuasum esset, non modo Ro-  
mani iuris Authorem, Iustinianum hominem fuisse  
prorsus èvalæbælov, sed etiam ius ipsum in artis for-  
mam planè redigi non posse: Itaque viii. ersam iuris  
materiam in certa Capita contraxit, eademq; diui-  
sione in sua membra distribuit, membra ipsa in genera  
divisit, generibus suas species attribuit, ipsaq; in di-  
uidua resoluit, singulisq; suas definitiones commo-  
dè sub-

dè subiunxit. Sic ut partiendo, diuidendo, definiendo  
 obscuram hactenus artem illustret, & auditoribus  
 suis magna cum voluptate conspiciendam, ob ocu-  
 los poneret: Atq[ue] h[oc] quidem in generalibus: quæ tan-  
 to applausu à studiosis excepta sunt, vt mox ins i o  
 Authore, opera h[ec], quam in Pandectis præliterat,  
 per quosdam in tabulas contracta, & Colonne typis  
 euulgata sit: Et vniuersitatis Antistites ex liberalita-  
 te ordinum Brabantæ deinceps in ordinaria paratit-  
 lorum professionem stipendio luculento constituerūt:  
 Qua postea diu splendidissime functus est D. Ieannes  
 Ramus Gosanus: In particulari autem titulorum le-  
 gum & paragraphorum explicatione consimilem  
 viam ingressus, & adhibita arte Dialectica finem &  
 scopum propositi tractatus primum aperuit. Deinde  
 partes eiusdem & membras singulatim demonstra-  
 uit: Tum si qua cognata his, si qua similia, si qua op-  
 posita, contraria aut repugnantia videbatur, ea sin-  
 gulatim discussit, & commoda decisione aut distin-  
 xit, aut conciliauit. In his operam eius commendab-  
 bat perspicuitas ac breuitas. Obscuritatem enim eo  
 facile vitabat, quod in Cathedram docturus nun-  
 quam ascenderet, nisi diuturna meditatione remple-  
 nè perspectam haberet, quam traditurus venerat.  
 Prolixitatem facile effugit, qui candide docere, hoc  
 est, paucis multa tradere constituerat. Nec illi un-  
 quam probari potuit, illorum prolixitas, qui in singu-  
 lis materijs totum ius docere satagunt, & in propo-  
 sito suo comprobando pati se gloriantur fluxum legū:  
 Ipse enim indicatis Iustiniani vestigijs Methodum  
 ostendit, qua omnia inter se cohærerent, tum singu-

Ioachimo  
constitui-  
tur ordina-  
ria para-  
titulorum  
professio.  
Ioachimi  
Methodus

**Anno Chri-** lis non modo tō dī, sed etiam tō dīotī, & non modo  
**Bi.** proximas sed etiā remotissimas causas subiecit: Cau-  
 sas ipsas quæ animæ leg. m sunt, ex intus naturæ & pe-  
 neralibus eruit, & distinctis artium terminis qua-  
 temus quaestio proposita vel ex œconomicis vel ex po-  
 liticis, vel etiam ex Theologicis rationibꝫ penderet  
 diligenter admonuit: Quocirca ad hunc modum nō  
 minus in particularibus hisce, quam in istis vniuersa-  
 libus iusta consequentia demonstrata merito suo Bar-  
 baros istos Iuristas perstrinxit, & grauiter ac verè  
 pronunciavit, eos nullam tenere Methodum, qui in  
 Iustiniano Methodum desiderarent: Hoc iudicium  
 suum de Iustiniani arte in iure componēdo præstata.  
 Ioachimus non modo viua voce suis auditoribus, sed  
 & vniuersa posteritati scriptis editis testatum reli-  
 quit: De Gabriele interim non immerito dici poterat  
 quod de Latona dicit Poëta.

Mudei tacitum perient ant gaudet a peclus:

Delectabatur enim hoc successu Ioachimi, in quo,  
 non modo singulari em ingeni perspicacitatem exoscu-  
 labatur, qua iustiniani vestigia assequerebatur, sed &  
 interpidam animi constantiam suspiciebat, qua veri-  
 tatem iustis rationibus comprehensam nullus metu-  
 territus fortius in mediū proferret. Cum inde certa-  
 tim alios exorituros nō obscure prospiceret, qui inue-  
 terata in confusione Romani Iuris opinionem ex  
 animis studiosorū porrò eximerent: Neq; sanè postea  
 quenquam compiri, qui palam vt anteā, flagellare  
 Iustinianum ausus sit: Hieron tamen Elenus, qui se  
 Ioach. in Gallia familiarem fuisse commemorat, &  
 Matthaeus Yesenbecinis, qui Gabriele Mudæo præce-

**Aduersa-  
 ti loach.**

pior

ptore familiariter vsus fuit, à Ioachimo Eatenuis hic dissentient, ut negent Iustinianum in particulari singularum materia, itidem ut in eorundem omnium vniuersali consequentia, de qua supra dictum est, Methodum obseruasse. Contra quos Hopperi sententia nos euidentissimis rationibus defendimus in Metho nostra Iustinianæ, quā breui vna cū Occconomia & Harmonia Iuris in lucē Deo fauente daturi sumus: Ioachimus interim institutū cursum suum fidelissime Ioachim cōfecit, & vxore ducta non multo post in vitroq; iure matrimo-  
doct oratus in signia accepit, actu celeberrimo, ad quē nū & Do-  
cum & alij multi amici ex Frisia, tū & Præses Vigl. V.I.  
Zuiche. & patruus Hopperi, Galenus Hopperus con-  
sul Staurien. conuenerat. Nā pater Suffrid. iā antea  
vita defunctus erat: Deinde autem Louanij domici - Ioachimi  
lio constituto, Ioachimus studiosos in conuictum suū exercitia.  
recepit, ad quorum profectum suiq; exercendi gra-  
tia priuatam quoq; disciplinam domi sue exorsus est  
Disputationū exercitia instituit. Institutiones Imper-  
iales prælegit, aliasq; nonnullas in Iure præcipuas  
materias explicuit. Tuncum quoq; Plat. græcum (ad  
quē & externos admittebat) in atrio domus suæ fre-  
quentissimo auditorū concursu enarravit, in quo quā  
ius Philosop. esset, præsenti experimento declarauit.

Duxit autem Ioachimus vxorem Louanij egregiā virginem Cristinam Bertoliam: Cuius pater vir clari-  
s Dom. D. Gregorius Bertolius, primus fuit in Fri-  
sia Prouincial. Senatus Præses sub Carolo V. de quo  
sup. hoc opere c. 10. dec. 10. Cuius matrimonij occasio  
ne familia Hopperiana accessit adsinitas & cognatio  
Scribonianorum, Edingianorum, Baenixianorum. Itē

Ioachimi  
vxor, &  
cuius nomi-  
ne affinita-  
tes.

Anno Chri<sup>tii</sup> Tegnageliorum, Duryfkenoram, Mullerorum & aliorum Aquisgrani, in Brabantia, Geldria, Bauaria.

Ioachimi celebritas. Exactis autem aliquot annis in professione iuris, cū interim & consultationibus conscribendis vacaret, & ea occasione multis etiam magnatibus innotesceret, in oculis mox fuit Censiliarijs Secreti Senatus, apud Bruxellā. Cui præsidebat Viglius Zuichemus, in oculis fuit & Margarita Austria & Principi Parmensi, quæcum Belarium nomine Philippus Hispaniarum Regis gubernabat: Ideoq; cū in magno Belgij Senatu apud Mechliniam locus vacaret, Ioachimus ceu Regi maximè viilis futurus defuncto substitutus est: Vbi cum Senatoria dignitate, tanta cum gratiitate ac magnificencia fungereatur, ut omnium admirationem excitaret, Gubernatrici visus est idoneus, qui in Secreto Senatu, ac deinde Consilio status

Ioac h propinquoribus Regis negotijs adhiberetur. Ia loamus in Cō chimus quam diu Bruxellæ fuit, Viglio Zuichemus, & Cardinali Granuellano, sua diligentia permultum laboris ademit, cum in huius humeros reijceretur, quod ipsis alioqui exantlandum fuerat: Vidimus id coram Bruxellæ toto biennio, quo illic à Secretis

Triumuiri erigendæ Cardinali fumus. Cum in alijs multiis, tum etiam in negotio Vniuersitatis Duacensis, cui erigenda, cū Rex Cardinalem, Vigliū & Hopperum pafecisset, illi mox Hopp. suas partes commiserūt, ita ut ipse istius vniuersitatis fundamenta recerit: Qua causa fuit, vt audita eius morte ea vniuersitas, illi exequis, vt patrono parentaret, orationeq; funebri eum pro Con-

Ioachim. euocatur ad Regem. cione laudaret.

Post hac amplissimo viro Carolo Tisenaco, cui a- p ud

apud Regem in Hispania rerum belgarum gubernacula commissa erant, ad suos redire cipiente, Ioachimus postulante Rege in illius locum profectus est, postridie Calendas Aprilis anno 1566. Relata interim uxore cum libris Bruxellæ, quam ad se istuc postea euocauit: Decessum eius mox per Belgij Motus Bel motus ac tumultus ingēs subsecutus est. Quinto enim gici eiusdem mensis die supplex iste libellus à Bredenro dijs Gubernatrici fuit exhibitus, quo editiorum relaxatio petebatur, quae ad Catholice Religionis custodiam, iusto ( ut asserebatur ) articularem ab Rege promulgata videbantur. Vnde nouæ conciones propè annuerpiam primum, & deinde pluribus in locis constituta, & imagines templis eius & sunt, quae primordia fuerunt omnis calamitatis huius, que inferiorem Germaniam hactenus afflit: Ioachimum autem in Hispania aduentementem Regia Maiestas insigni humanitate excēpit, & summi Consiliarij Statutus Belgici dignitate, ac Regij Sigilli præfectura ornauit:

In eius magistratus administratione, summe ad Ioachimi mirationi, apud omnes Hispanos fuit, ipsumq; Regem bonis artibus prudentia, justitia, vigilancia, & ( quam ille maximè amat ) consulendi libertate, ac sinceritate adeo deuinxit, vt illi Dominum in Dalem, & peculiare venandi ius in Gesterlandia ( quæ pars est Occidentalis Frisiae ) tandemq; etiam nihil minus expectanti, aut ambienti equestrem dignitatem ac Ius a: reorum Calcarium sponte sua contulerit, iisdem solemibus eodemq; die quo Ioanni Austriae, nudato scilicet gladio humerum eius leniter

**A**nno Chri sti pro more verberans. Qui honor non nisi ob singularē virtutem, resq; illustres gestas conferri solet,

**I**oachimi morbus. Nouennio autem in Hispania feliciter transacto, & grauiſſimis interim laboribus fortiter exantlatis, cœpit illi corporis robur paulatim minui ( vigore tam en animu nihil flaccescente) ac tandem in Phtis in cedit, que indies incrementum sumens ita humidum radicale omne absumpsit, vt deieclis corporis viribus ultimo anno, qui moriē præcessit, paucissimo cibo (sto macho in dirigendo officium nō amplius faciente vitā sustentauit: Cum autē sibi mortem iā imminere præsentiret, duabus ferme horis ante quā ex hac vita migraret, ad Regiā M. literas subsignauit, quibus sua in Remp. officia seruitiag<sub>z</sub> ipsius Maiest. fidelissima mente præstata commendebat, Regiam eius M. rogabat. vt suæ coniugis futuræ Viduæ, liberorumq<sub>z</sub> pupillorū curam suscipere dignaretur, quā illi se publicis rebus seruitiag<sub>z</sub> eius Maiest. debit is per omnem vitam post posuisse sanctè affirmabat. Atq<sub>z</sub> omnia fausta Regi ac D. suo precatus ultimum valēdixit: Hora autem moriis adueniente, cū liberis coniunctisq<sub>z</sub> suis benedixisset, Missa sacrificiū in cubiculo celebrari iussit: in quo cū eleuatio corporis dominici fieret, ipse se magno nisu subleuauit, pileog<sub>z</sub> capiti detracto, cornīna le Etuli manu reduxit, ac Sacramentum venerabūdus adorauit. Neq<sub>z</sub> Albā sacerdos adhuc exuerat, cū spiritum lacrimaniibus omnibus qui aderat, et iā extra neis in Dom. emisit: Mortuus est 15 die Decē. a 1576 Madrī, sepultusq<sub>z</sub> in AEde S. Trinit. via Iochiana.

**I**oachimi mors ac sepultura.

**C**onsolatio Regis ad Viduā Iochimi.

Rex autem nunciata Hopperi morte, ex nobilibus suis quendā ad ades eius nū sit. Viduā hac dicturum.

Regiam

*Regia M. dolēter morte eius esse affectū. iubere Viduam liberosq; bono eſe animo, ſe enim poſthac eorum curam ſucepturum, atq; etiam pupilliſ eius patris loco eſſe futurum: Qua summa conſolatione anni illorū erecti paululū & lapsis diebus aliquot, iuſta faſta ſunt, ijs ſolemnitatibus quas gentis illius atq; illuſtris conditio dignitasq; defuncti exigeabant: Exequiæ cum tanto noſtrātium hon. inū dolore celebratæ ſunt vi nobilissimi quiq; aula proceres quaſi ministri humeris ſuis feretrum iuſtulerint.*

*Regia deinde M. viduā liberosq; in Belgium redi- Liberali recuperientes annua mille florenorum penſione data tas Regis in ad vitā viaticoq; duodecim milium florenorum ſup- viduā & li- peditato Coloniam Agrip petere, ibidemq; ſuſſtere beros Hop iuſſit: Vi filiorū ſtudij ſtiū trāquillitasq; ſuſſpereret. peri.*

*Donec rebus in Belgio pacatis in patriā reditus pate Regis iudi- rei: Ex quo Regis mandato euidenter appetet, non ciū de ſlu- fuisse Regis mentem, vt Colonia inter eas Acad. exter dio Colo- as comprēhēderetur q̄ue edicto Ducis Albani Belgis nienſi. Regi ſubditis interdicta ſunt: Itaq; vidua Germanā petiſt, & Coloniæ vna cum liberis ſuſtituit, donec Antuerpiæ recuperata Bruxellam conederet.*

*Vixit Ioaſhim annis 53 mense uno diebus quinq; vir immortali vita dignissimus, vt qui egregijs tum corporis tum animi dottiſbus conſpicuus fuit. Erat e- nū in Heroi aſtāure proceritate membrorū quādā apta concinnitas que gratiā ſingulare toti corpori coſiliabat: Crines flavi, vultus grauitate plenus, faies to- tavirilis, lata frōs, oculi cæſiū, naſus nec ſim̄ nec aqui- linus ſed intermedius & intermedio tubere ſublimis. Cui eadidicimā, humeris latiſ ample pectore, cruri bix*

Anno Chri- bus validis ac bene compadis. Vox virilis & inter-  
sti. rim tamen suavis ac blanda, laborum patientiam ip-  
sa natura illi inseuerat maximam: Valetudo illi ab  
ineunte etate varia & minus firma fuit: Quod illi  
ex duabus causis evenisse, Dominicus ille Bendixius  
asserebat: In pueritia enim ab aua materna nimis  
delicijs illi naturam fuisse debilitatem, & studijs de-  
inde nimis atq; intempeſtiis porrò afflictam. Hinc  
enim in concoctione cruditas ex cruditate dentium  
præmatura luxatio, quæ etiam voci, præsertim cum  
intendebatur, notabile impedimentum adferebat.  
Hinc deniq; phthisis illa promanauit, quæ morte illi  
præmaturam attulit, quamvis hanc & curæ prouo-  
cauerint, quas de Belgij successu sustinebat.

Ingenium & mores. Ingenio fuit ab ineunte etate prestantissimo, cum  
& captus esset facilis, & memoria tenax, & rectū  
iudicium: Accedebat naturalis inclinatio ad Iurispru-  
dentialiam, quæ huic arti aptiorem reddidit: Amator  
iustitiae fuit semper maximus: Auaritiam cane peius  
& angui odit, libidinem detestatus est, luxum multo  
magis: ad honores ac dignitates accessit non ambitione  
sed virtute, vt, qui eas non aliter quam debitum la-  
boribus suis præmium acciperet, quo potius pluribus  
benefacere posset: Animo enim erat præmagnus & sub-  
limis, à rebus caducis abductissimo easq; certa ratione  
despicente: Secretū sibi præscriperat iam inde ab  
adolescentia exercitia pietatis continua, rigida etiam  
& aspera, ultra quam cuiquam credibile sit, cum in-  
terea Comis tamen esset & affabilis, & non tantum  
in administratione sibi commissa Reip: abunde,  
& quid em alacriter satisfaceret, sed & ynicuiq; se con-  
sulendum

fulendum benigne praberet: Ad communem Reipub.  
vsum actiones suas omnes dir: gebat, suis aut amico-  
rum priuatis affectibus, nisi cum virtute coniuncti es-  
sent, nihil indulgebat: Vnde neq; conterraneos, neq;  
cognatos vñquam ad publica munera vñquam pro-  
mouere voluit, nisi quorum idoneam aptitudinem pe-  
nitus prospexit: Vxori etiam suæ hortanti inter-  
dum liberorum suorum haberet curam, & eorum  
gratia proinde à Regia Maiestate pro seruitio diu iā  
præstrio compensationem aliquam flagitaret, Respon-  
dit sperare se liberis suis mediocres facultates effere  
litterum, quibus honeste possent viuere, si frugi foret,  
sin minus, nimium habituros aiebat.

Liberos Ioachimus ex Vxore sua Cristina sustu-  
lit octo quatuor scilicet filios, ac totidem filias. Pri-  
liberi.  
mogenitus eius filius Sedeuardus, qui aui paterni no-  
men referebat infans perijt, eodemq; die, Louanij e-  
latus est, quo patris opus de arte Iuris ibidem typis  
absolutū in lucem prodijt: Secundò genitus filius, aui  
materni nomine Gregorius appellatus est, qui patri  
superstes, adhuc laus Deo viuit, & omni artium ge-  
nere ornatus, visa Hispania, Italia, Gallia, viraque  
Germania, perceptisq; earum nationum linguis, om-  
ni conatu patris vestigij insistit, vt & ipse exemplo  
paterno Rempublicam in parte sibi committendam  
administret. Qui quidem quantum eruditione, ac iu-  
dicio valeat præfationibus suis abunde declarauit,  
quas operibus paternis de vera Iurisprudentia, &  
Psalm. Dauidicorum interpretatione præfixit. Ter-  
tio genitus filius, de nomine patrui magni Gaius no-  
minatus est, qui itidem superstes adhuc viuit, adolse-  
cens

Lib. vij  
Acta

Anno Christi  
1514 cens egregius, in literis ac Virtute plane patrissans,  
qui in Universitate duacensi hodie superatis iam dif-  
ficultatibus philosophiae Ius ciuale cum Canonicō cō-  
iungit, totoq; pectore se fūnctionib. ecclesiasticis præ-  
parat sedis Apostolice protonotarius iam creatus.  
Quarto genitus filius nomine Tiedemannus, puer in  
Hispania perīt, decimo die ex quo cum matre adue-  
nerat Filiam natu maximam catharinam, ipse Io-  
achimus ante perfectionem Hispanicam desponde-  
rat præstantissimo Dn. Cornelio Vander Myl filio, Ar-  
noldi vander Myl, Consulis drodracensis Arcis Gou-  
danæ præfecto—qua est sine liberis mortua: Filiam  
secundo natā Rixtiā mater sua despondit nobilissi-  
mo Viro ac Dom. Cornelio Van Durgh, Zelando:  
Relique due filie Ida, & Tidea, hactenus innupte  
sunt.

Etymolo-  
gia aliquot  
nominum  
frisiorum  
in familia  
Hopperi:

Siurd. sede-  
uard.

Quod autem primogenito Hopperi filio nomen a-  
ui paterni, & tertio genito nomē patrui sui mag-  
ni inditum esse dixerimus, cum in Genealogia Io-  
achimi supra posita neque sedeuardus neque Gaius vl-  
lus referatur: Sed Ioachimi pater illic Suffridus, pa-  
trius autem Galneus apelletur, vt constet illa cū his  
esse eadem, forte rem non ingratam lectori studio-  
so fecerimus, si paucis explicuerimus Ioachimi con-  
siliū, quo Vsus est in mitigatione patriorum nomi-  
num, quorum pronūciatio exteris alioqui peregrina  
ac duritcula fore Videbatur. Pater Ioachimi mono-  
syllabum nomē habebat siurd. Quod vt in Frisia Vs  
tatiſsimū est, ita quisquis adeptus est, illic latinesſ-  
fridus appellari solet: in quo quidem latino cum nullū  
frisci Vestigium appareat, Ioachimis filiū, Sedauard-

um appellavit qui vulgo sedeuard diceretur, q[uod] frisi-  
ca lingua cōtraxit in Siurd. fit enim ex sedeuard, pri-  
mū eliso. d. Seeward deinde duobus. e. e. brevibus in.  
longum siuard, tandemque eliso. a. Siurd. nam huius  
modi grammaticis dictionum figuris lingua frisica  
non minus commode vtitur , quam aut latina aut  
græca : Siue igitur siuardum siue sedeuardum voces  
in utroque ratio contractionis etymologiā, etymolo-  
gia significationē nominis frisici declarat: Significat  
enim sedeuard communis germanica lingua idem q[uod]  
latine custos legum, & græca ρυθόφυλαξ. Sedene-  
nim mores, Varden custodire germani dicunt. quare  
& sedeuardi titulū operi suo Hopperius indidit, quod  
de vera iurisprudentia cōscriptis, vt in catalogo libro  
rum eius infra apparebit Ioachimus itaq[ue] integrati-  
gura Sedevardum dixit alij exprima contractione si-  
uardum maluerunt, quo nomine Hengistianus ille ca-  
pitaneus in prosapia Hopperiana supra & quatuor  
Danorum Reges memorantur siuardus primus se-  
cundus, tertius, & quartus, & vulgo etiā utrobiqu[ue] ho-  
die usurpat tam apud Danos, quam apud Frisi-  
os. Nec enim constat hactenus utrum ne adanis ad  
Frisios, in à frisijs ad Danos hoc nomen trans-  
tum sit ob solita olim inter eos commercia : Frisijs  
certe forma maxime contracta siurd. & nunc v-  
tuntur Vulgo , & antiquitus usi sunt non alia  
significatione quam ea, quam primitiūm eius se-  
deuard , indicat , & nomen suave appellarunt,  
quod ad eius ingeminatam acclamationem in con-  
uinjs se mutuis suauis excipere conuiuie soleant:  
Vt in communalibus Frisorum legibus plenius de  
clara

Anno Chri -claraturi sumus: Iam cur tertium filium suum Gai-  
sti.  
Gatus Ga. um vocauerit, cum patruus ipsius, cuius nomen ille  
lenus, referre debebat Galenus appellaretur, consimilis fer-  
me ratio est. Frisoni, primo genit. Frisonica cōditio. &  
filius fuit Gailo, qui ducentis amplius annis antea na-  
tum Chri. vixit. Cuius nomen hodie in Frisia qui re-  
fert Gaele & blandiendi gratia diminutiū Gaelthie  
vel etiam Gaeltse, vel dēnīq; Gatse, & latīnē Gale-  
nus dicitur. Ioachitius itaq; cum patruus ipsius vul-  
gō Galise diceretur, filium suum non Galenum, sed  
Galium, & eliso L Galium nominauit. Cum & in fri-  
sico partim nomine succedenti contractionē litera L  
eliditur. Matri Hopperi nomen fuisse Rixtam, su-  
pradiximus, quod Saxonū scriptores aliquot Rixā  
dicunt, ad sensum odiose, ad etymologiam inepte. Vi-  
tatum est enim in Frisia, vt alibi nomen mulieribus  
Rijck, viris Rijke, quod est, Dittes . Huius com-  
paratiūm substantiū in vsu non est, sed superla-  
tiuum Rijxt in vsu est, tantum fœminis, & signi-  
ficat diuīsam, siue optimē dotatam: Ideoque nos  
non Rixam, sed Rixtam appellamus: Vt in La-  
tino nomine germanicā etymologiam vtcumq; indi-  
cemus.

Hactenus de Ioachimi patre, auō matre & liberis  
transeamus nunc ad eius libros, quos plures ille scri-  
psit, quam scribi potuisse quisquam credat ab eo ho-  
mīne, qui tam multis, tamq; arduis negotijs continuè  
districtus fuit: Qui typis excusiā dudum extant,  
Libri Ioāt ex publicis Bibliothecis peti possunt: Qui verò post  
chimi non Authoris mortem p̄ālo commisi fuerunt, eorum ca-  
editi. catalogum infra subiiciemus: Hic interim pauca dice-  
mus

temus de ijs, qui olim concepti quidem, vel etiam ab soluti, tamen in lucem nunquam prodierunt, nec vnu- quam forte prodituri sunt.

Promiserat nobis in præfatione operis sui de arte Iuris, libros duodecim de antiqua Frisiorum Repub. quos magno desiderio nostrates expectauerunt: Conquisuerat eorum gratia per amicos ex diuersis munidi plagis diuersa antiquitatum monumenta, quæ sibi ab ipso Mechlinia exhibita fuisse, mil. i coram hic Colonia retulit, atq; etiam scriptis literis asseuerauit collactaneus eius Dominicus ille Bendixius: Sed neq; de libris istis quos promisit, neq; de subsidij, quæ horum causa conquisiuit, quid actum porrò sit, liquido quisquam definiire potest: Sunt qui suspicantur libros iam absolutos in Hispania post eius mortem à quodam infideli amico fuisse interceptos, ea coniectura ducti quod in aduersarijs Authoris, eorum quædam fragmenta reperiantur (quæ & nos vidimus) vnde colligi posset, solidiora illa, quæ ex his facta erant, iam fuisse postea absoluta: Sunt qui suspicantur eos in Arce Goudana, apud Prefectum eius, generi suum D. Cornelium vander Myl, apud quem eos Hispaniam petiturus ipse vna cum reliqua Bibliotheca sua deposuerat, simul cum reliquis antiquitatum Frisicarum subsidij fuisse direptos. Hanc enim arcem primum ab Hollandicis militibus occupatam, & suppeditilem librariam totam, ab his præda nomine distractam fuisse, ac deinde in manus Hispani etiam militis peruenisse, satis constat. Paucis admodum libris amicorum benevolentia recuperatis: Vt cum, hoc sit, mihi filij hic Colonia tres illius tabulas, siue 3 Tabulae loach. Hop peri de Fm chartas sia.

Anno Chri-  
sti. chartas, sive mappas appellare malis exhibuerunt.  
Quarum prima sitū Frisia exprimebat, quem habue-  
rit sub Augusto Cæsare. Secunda eum quem sub Ca-  
rolo magno, tertia eum quem sub potestatibus habue-  
rit: Sæpius enim vel eluuiione, vel alluvione, vel inun-  
datione tota facies Frisia immutata est. Quartata  
tabula præsentem sitū exhibere debuerat, sive ea com-  
posita ab ipso non fuerit, sive interciderit, certè des-  
iderabatur: Tribus istis equidem magnopere fui dele-  
ctatus Ideoq; viduam ac filios hortatus sum ut in me-  
moriā parentis eas excusas ad posteritatem trans-  
mitterent: Quamquam enim Author in his forte rem  
ac uerbique non tetigerit, tamen quia patriæ suæ sitū  
norat, & antiquitatis eius callebat, locis describen-  
dis ubiq; rerum in his gestarum lumen addidit, in qui-  
bus multa prodidit scitu dignissima, que extranei  
scriptores ob ignorantiam ne aitingunt quidem: Ar-  
gumento sit tabula prima, quæ iam extat in mappa  
Sibrandi Leonis, vt in illo latius diximus capite.  
5. decad. 13. Abrahamus quoq; Ortelius eandem ta-  
bulam hinc accepit atq; in lucem dedit adiunctam  
Frisiae hodiernæ.

Origo gen-  
tis Friso-  
nicæ.

Vidimus etiam filiis hic exhibentibus aduersaria  
Ioachimi de origine gentis Frisoniæ, quæ Epitomes  
titulo conscriptæ erant, quasi ex opere quodam ple-  
niori descriptæ: In quibus cum alia quadam sumus  
admirati, tum & illud quoque quod nostra nationi  
magnam scriberet fuisse notitiam, & amicitiam  
cum gente Hyperborea: Quam opinionem illic nec  
nuperam aec recentem, sed inueteratam & penitus  
infixam fuisse, declarat ipse in Themide sua: Scripsit  
enim

enim ad imitationem Cebetis Thebani tabulam vita  
humanæ, cui titulum fecit I hemis Hyperborea, siue  
de tabula Regum Friesia: In qua Friesorum antiqua Hyperbo-  
Rempublicam Philosophia veterum subnixam esse rea.  
demonstrat: Huius tabula interpretem introducit se-  
nem quendam Hyperboreum, qui hanc Friesorum  
doctrinam Hyperboream esse asserit: Erat enim Ioa-  
chimus in antiqua hac Græcorum Theoria versa-  
tissimus cum non modo in Philosophicis ipsis, sed &  
in poëtis etiam & Theologis ipsorum operam diligen-  
tem posuerit: Themis autem hæc iam publicata ex-  
stat, ut mox apparebit in catalogo operum eius: Co-  
mentaria in Platonis Timœum, quamquam nondum  
absoluta Bruxellæ nobis aliquando exhibuit: Magica  
etiam Oracula successorum Zoroastris ibidem co-  
mentarijs illustrare decreuerat. Ideoq; cum exem-  
plar græcum vna cum scholijs quod habebat, mendo  
sisme excussum esset, nobis repurgandum dedit:  
Quod promde non modo emendauiimus, sed in lati-  
num quoq; transtulimus, ita vt carmen carmine, pro  
sam prosa reddere vnuis: Quid Ioachimus deinde in  
his egerit, planè ignoramus: Hæredes certè negant,  
post obitum ipsius, vel illius, vel meū quicquam, quod  
quidem ad hoc institutum pertineret, repertum esse:  
Placuisse ei operam à me in his posuam, ex duobus  
viris doctissimis Iacobo Susto, & Iacobo Endio Hol-  
landie tuore quibus & ipsis ab eo exhibita placuit,  
coram postea intellexi. Doleo autem intercidisse ope-  
ram Ioachimi, doleo intercidisse exemplar illud  
græcum: Nam cum antea nullum aliud viderim;

Anno Christi  
st. i.  
Themis  
Hyperbo-  
reum  
Commenta-  
ria in Ti-  
mœum Pla-  
tonis.

Oracula  
Magicasue  
cessorum  
Zoroastris

Anno Christi  
M.D.

quam illud ynum à loachimo acceperam, eo redditio  
nullum hactenus aliud nancisci potui, quod si potuiss-  
sem, emendationem meam textui græco etiam nunc  
addere possem.

Ioachimi  
Opera in lu-  
cem edita.

Quod ad scripta Hopperi in yniuersum attinet,  
ea quæ Typis excusa, aut ab Auctore dum viueres  
reuisa & incerdum recusa sunt, ex Bibliothecis pu-  
blicis, ut supra dictum est peti possunt. Sed cum Au-  
thor ante mortem suam quibusdam horum alias  
formam, quibusdam alias classem dederit, complu-  
ra etiam alia adiecerit, nonnulla etiam substulerit,  
omnia autem in certum ordinem refigerit, nos hunc  
tantum catalogum hic proponemus qui heredum  
opera & studi in lucem dati sunt, in quo sunt hac:

Sedeuardus, sive de vera Iurisprudentia ad Regē  
libri 12. nempe.

vopobetidz, sive de Iuris ac legum condendarum  
scientia libri 4.

Rerum diuinarum & humanarum, sive de Iure  
publico libri 4.

Ad Pandectas, sive de Iure Ciuili priuato libri 4.  
Themis Hyperborea, sive de tabula Regum Frisiae  
liber 1.

Ferdinandus, sive de institutione Principis liber  
vnum.

Hæc simul excusa sunt in folio Antuerpiæ in offi-  
cina Plantimana apud viduam & Ioannem Moretū  
anno 1590.

Item.

In veram Iurisprudentiam Isagogas ad filium li-  
bri octo.

Nempe:

Nempe:

Anno Chri.  
Sti.

*Paratitlon Iuris Civilis, siue de diuinarum & humana-  
rum rerum, principijs libri 4.*

*Elementorum Iuris, siue de principijs iusti, li-  
bri 4.*

*Hac simul excusa sunt Colonie in apud Mater-  
num Cholinum anno 1580.*

Item.

*Paraphrasis in Psalmos Davidicos additis breuibus  
gumentis & explicationibus in quinque libros con-  
gesta.*

*Cum libro de usu & divisione Psalmorum.*

*Hec simul excusa sunt Antwerpiae ex officina Plantiana:  
apud viduam & Ioannem Moretum an. 1590*

*Hæc sunt candide Lector, qua in præsenzi de Ioachimo Hoppero dicenda putauimus. Non quod eius  
virtus, tum in literis, tum etiam in actis ciuibicus non  
plura meruerit, sed quod nobis instituti nostri ratione  
hæc sufficiant, cui modus adhibendus fuit. Deinde  
quod cetera præsertim politica, alias commodius tra-  
ducerentur. Nam enim hæc potissimum, que omnia co-  
ram vidimus memoria mandamus, ne posteritati in  
eo deessemus, quod ad explicationem propositi nostri  
necessarium erat, & circa iacturam veritatis omitti  
non potuit.*

**A M P L I S S I M V S C L A R I S S I-**  
musque D. Cyprianus Vomelius  
a Stabert, loachimo Hoppero  
hoc Epitaphium posuit.

Anno Ghri. Proh dolor eripuit terris cito mors loachimum  
¶.

Hopperum Frisiae non mediocre decus:

Nam licet Hispanis Regum consultus in oris.

Sneeca fuerat natus in urbe tamen:

Sneeca dole, tuus ecce iacet patronus, at ingens

Gloria non yllo est, interitura die,

Quam sibi, quam patria studio flagrante pararat,

Astra am nullo fine modoq; colent.

### 10. Viglius Zuichemus.

Viglius ipse vita suā composuit CV M. Viglius Zuichemus ipse. vitam suam ab ipsa nativitate, usq; ad obitum accuratissimè descripsérat, nisi me presentis operis institutum hic impulisset, in quo sine offensa omnium bonorum omitteatur, n. Georg. re eum non potui, quidem hunc de eo tractatum, hic nequaquam instituissim: Integrām enim eius vitam bic Lectori ingerere satis importunum, aliquid autē ab ea resēcāre, non parum temerariā fortasse videatur: Interim tamen cum nostri instituti non sit omnia hic prosequi, que ipse in vita egit, sed ea tantum quae rei literarie gracia gesit, placuit ut integrā editio nem, ita ut ab ipso scripta est, posteris eius illibatam remittere & ea tantum hic referre que ad ipsius vita decursum, & studiorū rationē spectant: Nam politice eius actionibus referendis alibi commodius tempus suppetet.

Vigilius natus Viglius igitur natus est in villa Barrabusia, quae uitas, & parentes nomen ac cognomen. distat ab Leonardia primaria Frisei urbe, sub Parochia Viridumensi dimidio duntaxat miliari, per amoenas loca, o cito, & fossis vallis, cincta, & fructiferis aliisq; arboribus constituta, quae ium ad Monasterium Ca-

nonicorum Regularium in Bergum pertinebat, ac postea patri Vigili ab iisdem Cononicis in Emphiteus in data fuit: patrem habuit Folcardum ab Ayta. Est autem familia Ayttanorum, apud nos per antiqua, & olim inter nobilissimas reputata. Quamquam bonis postea partim per multiplices hereditates distractis, partim per nobilium factiones (quae ante Carolum Quintum centum amplius annis patriam affligerat) atritis, multi poterit & proinde etiam auctoritas ac gratiae amiserit. Quod & alijs etiam nobiliss. ac potentiss. familijs in Frisia, ut & alibi, accidisse, nemo negauerit: Quanquam autem in Barrahusia natus sit, & ex familia Ayttana originem traxerit, tamen neq; Barrahusius, neq; Ayttanus, sed Zuichemus cognominari voluit, tum quod in hoc patrui Buchonis exemplum sequi voluerit: tum etiam quod paternae auitaeq; villa, se successorem fore presagiebat, ubi etiam in eius Ius omnia pradia, agerque universus in pago Zuichemensi, preter ea que Iuris sunt Ecclesiastici postea cessere. Est autem Zuichemum pagus territorij Leonardiani, qui Austru versus uno fere miliari ab Leonardia distat intra quem & Leonardiam Barrahusia villa medio ferè iteme sita est. Porro autem Gerbrandus ab Ayta, Vigilius aius pater nus, vxorem duxit Ietsa à Bouckema, cum qua comoratus in Zuichemo multas proles suslulit, inter quis filios precipue duos, Buchonem & Folcardum. Bucho iste euafit in virum sumimum, qui & eruditione & virtute sua, patriam suam mirifice illustrauit. De quo ex professo dicturi sumus in opere quod breui emittemus de praesidibus & consiliariis in supremis

A n o C h r i - C u r i a F r i s i a : F o l c a r d u s a u t e m q u i p a r e n t i b u s s u i s  
 f l i u s n a t u m i n i m u s e r a t , c u m a d v i r i l e m a t a t e m p e-  
 r u e n i s s e t , v x o r e m d u x i t i n p a g o V e i d e m o h a b i t a n t e .  
 v i r g i n e e g r e g i a m I d a n a b H a n i a ; C u i u s p a t e r V i g l i-  
 u s a b H a n i a , m a t e r R i n : s i a à B o n n i g a f u i t : V t e r q ,  
 a u t e m p a r e s I d a i b i f u i t , c u m p r i m i s h o n e s t i n o m i n i s  
 p r i m a r i a g , n o b i l i t a t i s f a m i l i j s s a n g u i n e & a f f i n i t a e  
 i u n c t u s . p a t e r e n i u m e x S e r a p i o n e H a n i a , q u a e l a t i s s i-  
 m a i n F r i s i a f a m i l i a e s t g e n i t u s , m a t r e m i p s e b a b u i t  
 G e l a m à C a m f r a , V i g l i à C a m f r a ( à q u o o m n e s  
 C a s t r e n s e s h o d i e d e s c e n d u n t ) f u l i a m : M a t e r v e r o m a-  
 t r o n a i n s i g n i s e x B o n n i g a n a , R e n a r d a n a y , s t i r p e  
 p r o c r e a t a , A l b a d a n a m , H a r i n x m a n a m a c V V i a r d a-  
 n a m f a m i l i a s p r o p i n q u i t a t e a t t i n g e b a t : F o l c a r d u s  
 p o r r o t a m e t s i & a l i a p r a d i a h a b e r e t B a r r a b u s i a m  
 t a m e n V i l l a m v n a c u m I d a c o n i u g e s u a i n c o l u i t , v b i

E d u c a t i o  
 & i n s t i-  
 t u t o V i g l i .

d u o d e c e m f e r è a n n i s c o n t i n u i s s u a u i s s i m e v i x i t , &  
 s e x l i b e r o s p r o c r e a u i t . G e r b r à d u m p r i m u , V i g l i u m ,  
 R i n s i u m , S e r a p i o n e m & R i n s i a m , & G e r b r a n d u m  
 s e c u n d u m : G e r b r a n d u s i l l e p r i m o g e n i t u s f l i u s o c t e n-  
 n i s i n a l b i s p e r i j t a n n o 1 5 1 3 . i n c u i u s l o c u m s u b r o g a-  
 t u s V i g l i u s & à p a t r u o a s s u m p t u s , s e x f e r è a n n i s i n  
 e u s f a m i l i a L e c u a r d i a f u i t . Q u o t e m p o r e t a m e t s i  
 p r æ c e p t o r i b u s t r a d i t u s e s s e t , p a r u m a d m e d u m p r o-  
 f e c i t , p a r i u m q u o d p a t r u u s D o m . B u c h o , t e m p o r e t u-  
 t u b u l e n t o s t u d i j s e i u s i n t e n d e r e n o n p o s s e t , v a r i j s  
R e i p . n e g o i j s l e g a t i o n i b u s q , d i s t r a c t u s , p a r i u m q u o d  
 m a g i s t r i s a p e n u m e r o m u t a r e i t u r : P r i m u m e n i m à p a-  
 t r u i s a c e l l a n o , p r i m a l i t e r a r u m r u d i m e n t a d i d i c i t ,  
 d e i n e i n p u b . s c h o l à d e d u c t u s , G a m m a t i c à & c a n t u  
 E c c l e s i a s t i c u m d s c e r e c æ p i t , b i n c a d s c h o l a m p r i u x  
 tam

tam ciuiusdam M. Ioannis cognomento Crassi deduc-  
ctus est: Verum eo peste anno 1516. sublato, cum diu  
proprio praeceptore caruisset, ad pub. rursus ludum ac-  
cessit: Sed cum ibi in multitudine negligentius insti-  
tueretur, tandem obvigin illi praeceptor quidam non  
indoctus nec indiligens M. Ambonius Colomensis,  
apud quem in priuata schola tantum profecit, ut iam  
maiori alicui schola idoneus haberetur. Itaq; ad scho-  
lam Dauentriensem, que tunc inter particularia gym-  
nasia florebat, cum patruus ablegauit: Quo sub ini-  
tiū anni 1519. deductus, ibidem primum septimae clas-  
si adscriptus, ex ea deinde ad sextam & quintam as-  
cendit: Nomen proprium quod Viglonem, seu Vige-  
rum vulgus vocabat, ipse Viglium matriculae schola-  
sticæ inscribi se fecit. Viglij autem nomen in memo-  
riam avi materni Viglij ab Hania ei inditum fuit,  
qui ab auo quoque suo materno Viglio à Camstra,  
idem nomen prius acceperat. Reuocatus autem à Pa-  
tre ex Dauentria mense maio anni sequentis in Fri-  
siam, ab eo paulo post cum fratre Rintio missus fuit  
ad patruū Buchonem in Hollandiam, qui tum in Ha-  
ga Comitis morabatur, A Edis siue Capelle princi-  
palis Decanus, à quo deinde anno 1520. sub festum D.  
Ioannis, apud Leydam instituendus, traduus fuit M.  
Gulielmo Verio qui præcipuorum procerum Hollan-  
diæ filios, tum ibi in primis literis instituebat, ac tan-  
dē sub finem anni vicesimi primi in Hagam rediens  
operā dedit aliquot mensibus Iac. Volcardo Bergeli,  
viro insigniter in Lat. Græcisq; literis eruditio, cuius  
exiit perelegans oratio phibetica de vsu eloquentie  
in obeundis muneribus publicis: Mense deinde Octo-

Anno Chri- bri anno 1522. Cum eodem Volcardo Louaniū mis-  
sti.  
Vigilius Lo- sis, habitatum iuit apud Bogardos, vsg, ad festū Pa-  
naniū petit schæ, anno 1524. Vnde cum eodem m' grauit ad M.

Egidium à Mola Mechliniensem prope capellam cle-  
ricorum: Duobus autem primis annis græcis latinis-  
que ac humanioribus literis operam dabit. Cum pri-  
uatum apud eundem M. Iacobum, tum publicè sub  
professoribus Conrado Coelenio & Rutgero Rescio.  
Donec eum patruus Bucho in Hagam anno 1525.  
ad se sub tempus vacationum Scholasticarum euo-  
cans, aptum iudicauit, vt ad Iuris disciplinam (cum  
institutiones iam pridem sub Doct. Io. Hasio audire  
cœpisset) serio animū applicaret: Non grauatus autē  
fuit ipse Bucho illum in primis elementis iuris, qua o-  
lim publicè priuatimq; apud Louaniū professus erat,  
pleniū quoq; instituere: A quo deinde Louaniū re-  
missus fuit, vt prædictum iuris studiū diligentius perse-  
queretur, ac ihidē eodem anno audire cœpit Doctore  
Nicolauum à Bruxella ordinarium legum Professorē  
tempore matutino: Pace autem cum Gallis capto Re-  
ge, sperata, ad Academ aliquā Gall. ablegare eū pa-  
truus ipsius constituit, verū cum inq̄ta cū Gallis con-  
cordia effectū non sortiretur, pecunia ad cōparandos  
libros I. Ciulis liberaliter à patruo instructus Louaniū  
redijt, & cū Iac. Volcar. quē apud studiose secta  
batur (quod is interea in aedes M. Seuerini à Feyta Fri-  
sij, cū nobilibus aliquot adolescentibus eius institutio-  
ni traditis migrasset) locus ei non concederetur, è re-  
gione illorū in edib; in quibus Martin. Dolpius pauld  
antea mortuus fuerat apud M. Michaëlē à Dorna cō-  
modum inuexit hospitium: Verum paulo post inde cū  
hospite

Seuerinus  
Feyta.

hospite in patris defuncti domum, quæ rubra porta  
 appellabatur recedere est coactus: Ibi usq; ad men-  
 sem Iulium iuri strenuam operam dare pergebat.  
 Vnde in Hagam rursus eo euocato consilium cū patre  
 patruis cepit, de eo in Burgum ad Academiam Dolanam  
 mittendo. Valedictio igitur apud Hagam, patre Folcaro Vigilius DQ  
 qui eodē venerat patruoq; Buch. 27. Septē. an. 1526 iam petit.  
Dolā in Burgund. cum nobili adolescentē Siouckone à  
Mellema cōterraneo ac familiari suo profectus fuit:  
 Vbi per totū pene trienniū M. Aymoni Bourdier oha-  
 bitans sub profess. Ludo. Maranchio, Iaco Duxinio,  
 Io. Monacho, Pet. Phœnicio, & Quintino vñtulo Docto.  
 diligentem in vitroq; iure nauant operā, vt inter au-  
 ditores primā facile laudē referret, eōq; permoti stu-  
 diosī aliquot adolescentes Germani Henricus ac Quis-  
 rimus Rechlingeri, Leuiri D. Antonij Fuggeri locuple-  
 tissimi ciuis Augustani, eiusdemq; consanguineus Io.  
 Gregor. Herman. in yſde adibus habitantes, ac com-  
 mensales familiaritate inuicē conciliata, illū propter  
 opinionem quā de studijs eius habebat, valde cōplecti  
 cōperunt, eidemq; persuaserunt, vt institutiones I. C.  
 illis prælegeret. Cumq; Eras. Roter. Basileæ, que non  
 longè à Dolā distat, ageret, & cui nū patruo eius Bu-  
 chone magna familiaritas benevolentiaq; intercede-  
 bat, captauit occasionem eius amicitia se quoq; insi-  
 nuādi, & ad eā humaniter receptus crebris literis vb  
 tro cōtroq; missis in ea cōfirmatus fuit. Vnde nō parū  
 existimationis ei apud condiscipulos accessit. Circa sp  
 tempus Buchonē patruū è viuis 13. Decēb. an. 1528.  
 decessisse intellexit. Cuius morte anno quasi dieie-  
 gus cōsternatusq; de reditu in patriā cogitare cōcepit

Verum.

Anno Chri-  
sti. Verum certior factus illum Legatum pecunia-  
rium sat magnum, & Bibliothecam; tam in Iure  
quam in alijs disciplinis bene instructam reliquisse,  
quo videlicet studia sua commodius ad metam per-  
ducere posset, quod & parentes eius suadebant ube-  
bantque, ac sodales, qui priuatim illum institutiones  
profidentem audiebant, multis modis magnificisq;  
promissis apud eum contenderent, ut ipsis ad Acad-  
emiam Auenionensem proficisci desiderantibus co-

Viglius a-  
cademias  
gallicas lu-  
strat.  
comes esse vellet, eis tandem assensit: Mense deinde Mar-  
tio anno 1529. per lustratis aliquot Oppidu Monasteri-  
rysq; Ducatus Burgundia, urbeg, Salinarum, vbi sal  
forum fontium memorabile miraculum conspicitur,  
& vbitum statuum conuentus celebrabatur ob auxi-  
lia à Rege Ferdinando petita aduersus Turcas, reli-  
cta Dola per Cabillonem, & Matisonem praeclaras  
Burgundia ciuitates, Lugdunū secundo Arari fluo  
aduecti sunt. Ac deinde per Rhodanum descendentes  
Auenionem appulere, eo potissimum desiderio affecti,  
ut Andream Alciatum ac Franciscum à Ripa, que-  
rum celebris inter turis Professores fama erat, audi-  
rent: Quo aduenientes ob pestem ibi grassari incipi-  
cientem, & Alciatum aliosq; professores ob eius metu  
descendentes, paulo post inde initinere (Ciuitate Au-  
raicensi, priuilegium & ipsa vniuersitatis habente  
prius per lustrata) Valentiam non in celebrem Acad-  
emiam in Delphī natu oncessere. Auditis autem ibi  
aliquādiū professoribus praelari nominis ac doctrine  
 Dom. Petro Buygirs Greetmanno territorij VVij-  
 britseradelei filio supradicti M. Iean. Buygirs ex quo  
 suscepit filium Gerbrandum, & proles alias quarum  
 nomina hactenus me latent.

Relique Gerbrandi filia Hackia, Iodoca, & Bar-  
 bara in albis perierunt.

Ex huius prosapie Catalogo appareat quam egre-  
 gium Columen Ayttane familie se Viglius prabue-  
 rit: Itaque memini cum Cardmali Granuellano  
 à secretis esse, me illi nouam dignitatem coram in-  
 edibus ipsius esse gratulatum, quod illi Gandensem  
 Præposituram obuenisse intellexisset: Cui tum ille at  
 qui Suffride (inquit) quorsum dimitia si non concedi-  
 tur yti? Ego enim iam pedem alterum in Cimbaharen-  
 ti habeo, & ad quid mihi viles erunt amplissimire  
 ditus huius præposituræ? Cui ego respondens, amplis-  
 sine Domine Præses (inquam) laudatissimus vita tua  
 cursus præsenti euentu satis deilaravit, te ijs que ha-  
 ctenus largitus est Deus, recte vsum esse, dum quic-  
 quid subducere tuo ipsius genio potuisti, in vsum pro-  
 priorum tuorum conuerteris, vt eorum libers re-

cymba Ch  
rontis

Anno Chri-

214.

Etē institutionis & educationis subsidia suppeterent,  
ad sustentationem paternæ familie, & auxiliū Reip.  
puto nunc senescenti Deū Opt. Max. Præposituram  
hanc obtulisse, vt ex eius redditibus aliquipperpetuum sub  
fidium in tuorum & Reip. vsum fundes, quod etiam  
te mortuo duret: Quod si feceris nemo negauerit te  
Præpositura hac optime fuisse-vsum: Quo responso  
meo ille delectatus, mihi aperto pectore retulit se tu  
temporis suis expensis ultra triginta adolescentes in  
studijs fouere, qui ipsi vel consanguinitate, vel affini-  
nitate iuncti erant, & consilium suum aperuit de re-  
ditibus Præpositurae in collegij foundationem & alios  
pios vsus conuertendis, quod & postea executus est:  
Fuit sanè Viglius Zuichemus singularis patrie no-  
stra Phœnix, & quem Frisia iuuentus, quæ quidam  
literis consecrata est, veluti splendidissimum quen-  
dam Philosphorum, in dirigendis studijs suis, omni  
conatu fecit andum sibi proponere debet. Vt pote, qui  
singulares tum corporis tum animi dotes quas natu-  
ra illi contulerat, incomparabili industria sua conser-  
uarit & auxerit. Fuit autem hic Viglius statura me-  
diocri, membris bene compactis ac decentibus, cute  
candidissima, capillatio infra flavedinem albicante,  
prolixafatis, sed non densa, capite rotundo, vultu  
amabili, fronte lata nullis rugis interpolata: naso in-  
ter aduncum & sinum medio, quantitate mediocri,  
Buccis tumidulis ac rotundis, oculis vitreis ad ni-  
gredinem tamen inclinantibus, quorum radix nota-  
bili celeritate præsentem ingenij vigorem arguebant:  
Erat autem capiu facillimo, memoria tenacissima  
iudicio acutissimo, ita vii qua traderentur facile

Proso-  
graphia Vi  
gili.

perci-

perciperet, fideliterq; teneret, & in vsū debitū dexte  
re applicaret. Quibus quidē facultatibus suppetemis  
bus ille nō ad nequitia abusus est, vt illi quorū peruer-  
sus declarat, optimis ingenijs innasci plerumq; vi-  
tia pessima, & trium penē vulgō prouerbium fecit  
Iuristam bonum esse Christianū malum. In his enim  
quia non ratio affectibus, sed affectus rationi domi-  
nantur, fertur equis auriga, nec audit currus habe-  
nas, vti Poëta dicit, ac tanto etiam grauius in pra-  
eeps ruunt, quanto magis ab indomita & effreni na-  
tura propellabantur: Atqui Vigilius qui affectibus re-  
ctam rationem prefecit: Voluntatem bonam nature  
facultatibus subiunxit eamq; vitam ab iniunte atate  
ingressus est, vt ad eruditio[n]is ac virtutis supremum  
fastigium concenderet, eo proposito, vt & sibi & suis  
& Reipub. prōdēset: Quod & facile animaduertet,  
quisquis eius vestigia diligenter obseruauerit, qua  
cursus vita, ab eo transacta, ab initio ad finem hic su  
pra dilucide indicat: Itaq; cū talis plerumq; fiat aut  
saltem habeatur unusquisq; quales ī sunt, quibusq;  
familiariter versatur, ille à prima statim pueritia  
prauum consortium cane peius & angui odit ac vita  
uit, illisq; condiscipulis suis maxime sēper applicuit  
qui ipsum atate, eruditione ac virtute praecederent,  
praeceptoribus suis se morigerū ac sequacē prabuit, in  
discendo prima cura fuit vt animi cogitata proprijs,  
perspicuis, ac significantibus verbis explicare posset.  
Deinde vt artū liberalium Encyclopedia ordinē debi  
to perdisceret, quo viatico percepto sine remora ad so  
lidam Iurisprudentiam postd contuleret. His fun  
damentis iactis vb: studia ipsius maturissent poli  
uissimis literis suis īsq; cordate scriptis se præstantib;

Anno Christi  
M-

viris insinuauit, optimis ac studioſiſmis adolescenti-  
bus ſe appli uit, iſq; ad ſtudia & virtutem exuſci-  
tandis, priuatim publicèq; benevolentiam apud om-  
nes ſibi conciliauit: Cumq; iam in publicum prodire,  
& eruditionis ſuæ ſpecimen edere conſtituiſſet, mode-  
ſtia memor, ab institutionib; Imperialib; iuris  
professionem auſpicare voluit. Ut ſine arrogania  
ſuſpicioне, (quæ inuidiam parit) magna tandem ag-  
grederetur, qui in minoribus antea feliciter versatus  
eſſet. Quantū igitur ille in re literaria praſtare potuiſ-  
ſet, ſi perſeueraſſet, ſati arguunt tot vniuerſitates in  
Gallia, Italia, & Germania, in quibus eius induſtria  
ſpectata fuīt, arguūt eius lucubrationes in publicam  
edite. Arguūt deniq; politiſſima & elegantiſſima eius  
epiſtola, ad diuersos amicos ſcriptæ, in quibus ſingu-  
laris ac mirabilis quedam eſt concinnitas, quæ me-  
diocritate moideſtiam perſpi uitate iudicium, ele-  
gantia eruditionem, candore benevolentiam, syn-  
ceritate authoritatem, pro re nata ad quos ſcriptæ e-  
rānt, quaſi peculiari quodam eius genio ſpirabant.  
Qui quidem genius etiam in alijs eius ſcriptis, & qui-  
dem publicatis ſuauifime relucet, In quibus cum op-  
tiuum lumen ordinis in conuenienti rerum diſpoſi-  
tione cernitur, tum etiam appetet ſtylus naturalis, mihi  
me affectatus, purus & verbiſ propriiſ ac ſignifican-  
tiibus ad rerum propositarum explicationem idonea  
comparatus, ſine obscuritate, ſine defectu, ſine ſuper-  
fluitate ſine ostentatione: Nec mihi quidem dubium  
eſt, quin ille in literaria functione, ad finem uſq; vita  
perſeuerare maluerit, quā extra omne periculum po-  
ſitus in otio profundo digere & vitam tranquillam  
ducere

ducere potuerit, sū tot dotibus tum à natura tum ab arte instrus, parum difficultatis, plurimum autem honoris & emolumenti, ex ea porro sensurus esset nisi assiduis Magnatum ac Principum flagitationibus, (quibus operā denegare non planè iurum erat) ad ciuiles functiones traductus esset: In quibus quanta prudentia, quanta dexteritate usus fuerit, inde estimari potest, quod tot Principibus à Consiliis fuerit tot Curias assederit, ac presederit, tot legationes obierit, ex omnibus laudem & honorem authoribus suis, ipsi Republica salutem reportauerit: In quibus omnibus perficiendis ille constantiam vigilantiamq; adhibuit, ut à proposito suo, quod cum iudicio suscep-  
 rat, nec meru cuiusquam se abstrahi, neq; laboribus deterreri sineret, sed donec perfecisset vigilaret ac laboraret: Ut merito suo symbolum usurparit, vita vigilii est in quo neq; manu mens, neq; menti manus vñqnam defuisse. Quamquam autem ille patria amicisq; suis premature ereptus sit, ad iustam tamen alioqui etatem, hoc est, septuagenariam peruenit, qui cum 19 Octobris anno 1507. natus esset, 8. Maii anno 1577. vita defunctus sit. Mortuus est Bruxellæ in aedibus suis, sepultus est Gandavi ad S. Bauonem in Mausoleo ab ipso contracto. Plurimi in eum Epitaphia scriperunt. Louanij & Bruxella & Gandavi ex quibus vnum tantummodo ad manus meas hacte-  
 mus peruenit, quod quia non satis dignum Vigili amplitudine iudico, omittendum duxi. Doctissimus Co-  
 sultus sum q; vir ac Dom. D. Cyprianus Vomelius Ca-  
 mera Imperialis assessor illi, hoc posuit quod subij-  
 ciam.

182 DE SCRIPTORIBVS FRISIAE

Anno Chri. Vigilius hic Zuichemus habet post futa quietem  
st.ii.

Præside quo celebris Belgica tota fuit:

Quippe magistratu licet hoc illustrior vno,

Haud cedat Doctis, Casare dante, viris,  
Hic tamen illius valde ampliavit honorem,

Inlyta tam virtus nomen & huius erat:  
Tantus in eloquio nitor, atq; scientia legum,

Tanta, tibi quondam Sceuola quanta fuit:

Id quod perpetuo monumenta diserta loquuntur  
Qua iuuenis merita luce frui voluit.

Iamq; sua decies septem numerauerat annos

Quum Lachesis vita filia suprema trahit.

Frisia moesta parens, tibi ne solatia defint,

Heroas tales eude subinde nouos.

Eteostichon quod sequitur, nobis

Leouardia transmisit V.I.

Consultissimus Dom.

Doctor Iacobus

Bouricius.

Vigilius octaua( flet tristis Frisia) Maij,

Ascendit lati splendida recta poli:

Scripsit Vigilius, ut supra diximus, que edita sunt.

Comment in 10. titulos Inflitut. Imp. excus. Pas-

sim

Theophiligracas institut. in lucem eruit & addi-  
ta doctissima præfatione Cal. Quinto dedicauit ex-  
cus. pasim.

Comment de rebus creditis & si certum petatur,  
post obitum eius an. 1585. Col. excud. in 8. 10. Gymn.

DECAS

219  
Anno Chri.  
stii.

## DECAS DECIMATERTIA.

### I. Cyprianus Vomclius.

CYPRIANVS Vomelius familia Stapertica per antiqua Ioanne Staperti, & Tielzaogema, pījs ac concordibus per omnem atatē parentibus anno Domini 1515 vel circiter natus, prima literarum elementa Vomelij, qui Frisia Occidentalis pagus est in Territorio Hennaerder adeleo, parentum cura in schola infantuli didicit: Mox eorundem sumptibus Gouda ac Harlemin Hollandia, item Snelæ ac Gru ningæ in Frisia solidior a Grammatica præcepta consecutatus, tandem ut vniuersas dicendi artes plenius degustaret, atq; alia Iuris fundamenta attingeret, Vittembergam mittitur: Cæterum lapsō triennio, pater vita defunctus est. Et mater significans se quatuor adhuc liberis educandis superstitem, præter Cyprianum & Sabinum, ostendit sibi permolestum fore, si missa deinceps pecunia eorum alerei studia: Natus ergo annos plus minus viginti, cepit ipse sese professorio munere in diuersis per Germaniam ludis literarijs exhibere. Nam in Magdeburgæ & Braunsvigæ in Saxonia, & Tremoniæ in Vesphalia, statim vero cum hac ratione nonnihil collegisset argeti, ad diuersas item Academias, videlicet Erphordensem, Louamensem, & Coloniensem interpolatim recurrebat: Ut inchoatum Iuris studium, cum non posset continuare, saltem per interualla recoleret, atque ad aliquam si fata non aduersaremur perduceret: maturitatem. Tandem vero cum certorum

Anno Chri amicorum, maximè vero clarissimi viri Iacobi Cu-  
riensis Medicorum ac Mathematicorum eius atatis  
facile principis commendatione Moguntiam euoca-  
retur, Regem is munere in Contubernio Philosophi-  
co per triennium perfunctus, quo etiam tempore pro  
curatorem fisci Reuerendissimi Archiepiscopi Mo-  
guntinensis generalem aliquandiu agebat, sacrarum  
legum magno præcipuorum ea in facultate procerū  
consensu, Doctoratum ibidem suscipiebat: Porro au-  
tem quia statim Iurisprudentiae titulo cœperat incla-  
rescere, non modo ipse Reuerendiss. Archiepiscopus  
Moguntinus passus est eum Ius Ciuitale sua in Acade-  
mia ordinarie profiteri, sed & ipse Imperator Caro-  
lus Diuæ memoriae Quintus, eum cum tribus fratri-  
bus germanis, scilicet Sabino, I. V. Licentiatu, Epone  
ac Ioanne honorarios per codicillos nobilitauit: Ipso  
insuper Cipriano Comite Creato Palatino: & qui-  
dem in forma ampliore: Ceterum hanc multis inter-  
iectis annis, ab illustrissimo Principe Georgio Comite  
Palatino in numerum Consiliariorum cooptabatur,  
ac paulo post eiusdem potissimum, gratia fauore ac  
studio in Camera Imperialis Iudicij assessorem pre-  
sentatus recipiebatur: Vbi per quindecem annos cū  
laude assessorem egit. Vbi in Dominum pie obdormi-  
uit, & ad S. Ioannem sepultus est: Multi funus eius  
ob summum eius desiderium lugentes, comitati sunt,  
multiq. Epitaphia illi condita posuerunt. Ipse sibi Epi-  
taphium scripsérat paulo ante mortem, cum ani-  
maduerteret sibi fatalem diem imminere, quod  
hic subiçiam.

DECAS DECIMAE TERTIA

221

Anno Chri-  
sti

Hoc Friesius Condor tumulo Cyprianus auita.

Vomelidum à Stapert gente domoq; satus:

Aonia lauri liceat arte merebar honorem.

Est astræa tamen plus Dea culta mihi:

Testis erit Mogani præclaræ Academia, quæ me

Tradentem audiuit Ciuita lura frequens:

Testis erit Camera simul Imperiale Tribunal,

Quod colui Assessor per tria lustra Spiræ:

At hic Christe tuum supremum expecto Tribunal.

Tu mihi non censor, sed pius esto pater.

Obiit quinta Martyr anno post natum Christum millesimo quingentesimo septuagesimo octauo.

Ioannes vero frater eius natu minimus an. 1568.

Embricæ in Clivia ubi licet iam quadagenarius, co-  
iugatus ac liberorum parens, memorabil exemplo  
ludum quotidie literariorum inter adolescentes frequē-  
tabat, quippe admirabil doctrinarum & virtutum  
cupiditate sub id temporis inflammatus, in fata con-  
cessit. cuius ibidem monumenum cum tali inscriptio-  
ne extat,

Vixit Ioannes Friesius cognomine Stapert

Sectator Charium Pieridumq; senex:

Namq; professores quadagenarius audit

Sedulus, hac Sophiam quotquot in vrbe docent:

Quo magis o iuuenes fastas adamate cumenas

Congruit hic vobis nempe decorus amor:

Alla vero soror iam sexagenaria, quippe inter sex li-  
beros natu maxima, prid. Calend. Martias an. 1590.  
placidè in Christo obdormiuit, cui idem Cyprianus  
tale condidit Epitaphium.

Ocœu-

Anno Chri. Occupat Alla soror sed prole superstite quina  
ti.

Atq; adeo felix posteritate sua:

Heu sibi VVitmarsum matronam luget ademptam

Quæ pia pauperibus munera saepe dabant:

Pro quibus officijs, & pro bonitate perenni,

Da Deus huic famulae cœlicare regna tua.

Sabinus verò frater Cypriani I. V. Licentiatus vir egregius consulatum aliquandiu Sñecæ gesit, Dō nec ingruentibus factionum dissidijs Embriacam cōce deret: Vbi per annos aliquot moratus vita defunctus est, hic duas ex intervallo vxores habuit: priorem I-dam nomine, quā defuncta secundam duxit vxorem Ebelam Sicconis ab Albada, viri ob virtutem vitæq; splendorem inter suos haud quam incelebris filiā formæ præstantia, pudicitia, alijsq; matronalibus do tibus nulli secundam. Ex quā aliquot suscitauit pro les adhuc superstites. Epo autem paternum possidens prædium quod Stapert vocavit, agricolam agit, quod genus inter Frijos cū primis honoratiū est, & Eijn yerde, hoc est, proprietarij appellavit, qui Domini sunt fundi sui, & differunt à colonis, qui fundum colunt alienum & conductitum: Fuit e iam idem Epo in Hennaerde ad eum Territorio assessor, sive ut quidam vocant, Scabinus iuridico, & Vomelij scultetus: Vxorem habuit Sibricam filiam Marci Sicconis, celeberrimi per Frisiam Capita. filia ac sorore Tincke Sakes Prætoris in Schoten, ac vxoris Eisge lan VVilenrs Prætoris in Appelsche: ex qua Filium procreauit, Laurentium Vomelium à Stapert, I. V. Doctore & iudicij Imperialis cameræ Aduocatum & Procuratorem, cuius insigni diligentia, industria ac fide, multis

multi Principes, multæ prouincia ac ciuitates lōge la  
 teq; toto imperio nitūtur. Ietzia soror oēto superstitionis  
 liberorum, mater vixit cōiunctissime cum marito suo  
 Ioanne Hosseli à Rinß. qui & ipse Vomely agricultu  
 ram exercuit. Fuit autem Cyprianus noster vt omni  
 literarum genere insigniter ornatus, ita etiam omni  
 humanitate, comitate, ad miraculum vsq; spectabi  
 lis, sine felle, sine fuco. candidus totus & ingenuus, q  
 uem nō de illo, qui eū cognouit nō libēter & cōstāter  
 prædicauit: Mibi quidem multis literis ultro citroq;  
 datis, cognitus est, cum Erphordia agerem: quo tem  
 pore etiam mihi professore lingua græca nomine vni  
 uersitatis istius obtulit: coram autem mihi nunquam  
 visus est, nisi domi sua pridiè Parasceues anno 1562.  
 Tunc autem cum ego relict a Erphordia ad Cardina  
 lem Granuellanum iturus in transitu officij gratias sa  
 lutaturus eum accederem, ille me nunquam antea  
 visum, neq; certior aduentus mei antea factus (vt mi  
 hi postea affirmabat) nominalium compellavit, & por  
 recta dextera, gratissimus est (inquit) mi Suffride no  
 bis aduentus tuus, quem multo tam tempore deside  
 ramus: Idem mihi accidit hic Colonia mox cum cla  
 risimo viro Laurentio Surio, & non multo post, etiam  
 cum doctissimo & venerabili viro Huberto Schoto,  
 Patre priore Regularium in Basco Isaac, qui conuen  
 ius est in sylva zonia in Brabantia.

Cyprianus autem in literis præstare potuisset,  
 quantum voluisse, si in his perseverasset, quod quia  
 non licuit, ijs se occupauit, quibus officij fidem de  
 buit. Itaque postquam ad Rempublicam accessit  
 ijs valedixit quibus delectatus erat in iuuentute  
 sua:

Anno Chil  
 84

Anno Chri sua: Tunc autem scripsit quo genius eius maxime delectabatur & potissimum se continuuit in viridarijs musarum ac Charitatem Itaq; scripsit

Syluarum libros tres, qui sunt excusi Erphordie apud Melchiorem Saxonem anno. 1540.

Hic accessit postea syluarum liber quartus, separatim ab istis excusis apud Iuonem Schoffer, anno. 1547.

Oder, ad Deum Optim. Max. pro tranquillando Christiani orbis statu, in qua imitatus est suum Praeceptorem D. Iacobum Hoierum, sive Maiesterium celebris gymnasii Harleiensis olim moderatorem, vi rum non minus propter eximiam virtutem & eruditio nem, quam vita & sanctimoniam semper eterna dignum memoria: id quod ipse met fatetur, Cyprianus ins ipto eiusdem nomini epigramate quod extat syluarum lib. 4.

Scripsit etiam librum miscellaneorum.

Scripsit etiam librum qui continet celebrium aliquot virorum Epitaphia ciuitatis Madeburgensis.

Cumq; à Carolo Quin. ornatus esset Palatinatu, ut supra dictum est, in gratiarum actionem illi luculentum scripsit Epicedium: Erat autem inter hunc & Vlpium cisseum tacita sed sine acerbitate discussio, nam in fedanda & compessenda factiosorum rebellioni, Vlius Saxomibus sauebat, Cyprianus vero Burgundis, sed vierg; commodo suo. Vlius à Saxonibus promotus erat, ideoq; Henrico Saxonia Duci, gratulatorium carmen scripsit Cyprianus id huiusmodi Epigrammate testatus est quod extat syluarū lib. 3. hu verbis.

DECAS DECIMATERTIA  
Ad Vlpium Cissatum Franc-  
kerensem.

225  
Anno Chri-  
stiani

Quod Frisia nostra non imperet Aula Georgi  
Saxonie Domini longa querula tua est:  
Aet ego quod Caesar rerum modereatur habens,  
In patria summo gaudeo iure, mea:  
Qui caput est mundi, cui paret Vesper & Ortus,  
Quo nihil hic totus mitius orbis habet:  
Hic Frisia nostra longum dominetur in eumur.  
Haud Dominus Frisii ille pudendus erit.

2. Georgius Ratallerus.

Gorgius Ratallerus Leouardia natus est, circa  
annum Christi 1518 Pater illi fuit amplissimus  
vir Dom. Iohannes Ratallerus, primus nomine Caroli  
Quinti generalis Frisiae Occidentalis Quæstor. Geor-  
gius ab meunte pueritia statim literis imbutus inge-  
nij felicitate equalibus si is facile præminuit, semper  
que se egregium præstítit: Nos eū adolescentem pue-  
ri sub eodem præceptore M. Antonio Colonensi Leo-  
uardia in schola publica ad S. Catharinam cognoui-  
mus: Qui non multo post tamen Vlraiectum ad Ge-  
orgium Macropedium (cuius fama tum celeberrima  
erat) amadatus fuit: Huc igitur præceptorem nactus  
in brevi tempore profecit, ut non obscure appareret,  
quantius futurus esset: valde propensus illi geniis ad  
Poësin erat, quod cum animaduerteret,  
Sepe pater dixit studium quid inutile tentas:

Meonides nullas ipse reliquit opes:

Cuius monitus Georgius, viclus, porrè ad eloquium  
Viridi tendebat ab auo,

Anno Chri  
xi.

Fortia verbosi ferret ut arma fori:

His igitur liberaliter instructus, Louanium primū, deinde & Gallicas, & Italicas academias adiuit: nō modo vt exactiorem iuris cognitionem sibi comparat, ex collatione celebrium professorum, sed etiam vt contracta cum his ipsis & alijs viris apud suos precipuis familiaritate, haberet in omnem euidentum, quos iure amicitia conueniret. Quorumq; recordatione peregrinationem suam sustentaret, tum etiam vi popularium linguarum peritia comparata, aptior esset ad negotia Reipub, nomine cui à ministraturus erat, exequanda, si quando legationes ad extraneas gentes forte obeunda essent: Reuersus igitur in Belgij à Carolo Quinto in magnum Senatum Mechliniae cooptatus supplicum libellorum Magister ibidem constitutus: Non multo post à Domina Margarita Parmenti, Caroli filia, Belgij Gubernatrice Legatus mittitur ad Regem Daniæ nomine rerum Belgicarum: Vbi re feliciter acta reuersus Ultraiecti senatus Regij preses constitutus est, vbi & diem suū obiit anno 1581. repentina morte sublatus in ipsa Curia: Vir adhuc integræ etatis & corpore vegeto ac robusto: Erat enim Heroica corporis proceritate, membris validis, & firmis lateribus, candidissima facie, capilluio nigro, barba densa, non tamen prolixa, oculis nigricantibus ac latis, nasa subadunca, & vt breuiter dicā, quale gracia ipsæ musis adiuuantibus finxisse videri poterant. Vox erat virilis, placida tamen & sine horrore ac stridore: Sed hæc ornamenta exteriora ab interioribus in illo longo interuallo superabantur: Celebratum in descriptione yrbis Leouardiensis Ludouicus

eus Guicciardinius, sed de scriptis eius nullā mentionem facit: Scripta autem eius quae quidem nos hacte nū cognoscere potuimus hæc sunt.

Hesiodi opera & dies latino carmine Elegiaco reddidit.

Item Epigrammatum libri scripsit Petrus Brubachius excudit Francofurti anno 1548.

Item Sophoclis fabulas tres Alexandram, Eletran, Antigonem, carmine latino transtulit. Gryphius excudit anno. 1550.

Idem postea Sophoclis Tragœdias aliquot latino carmine reddidit, Antuerp Gulielmus Sylvius excudit anno 1570. in 8.

Euripidis etiam Tragœdias tres, Phœnissas, Hippolitum coronatum, & Andromacham in latinum transtulit, eleganti carmine.

His adiunxit etiam fragenta ex veteribus Gracis Poëtis apud Stobæum extantia eodem versum gente latine redditæ, quæ simul excusa sunt in 16. Ant. apud Plantinum anno 1581.

Scripsit etiam Elegiam in obitum Gulielmi Canteri quæ manu eius descripta apud nos extat, & cù alijs Epitaphijs in eundem Canterum scriptis edetur ut in Cantero supra diximus.

Scripsit etiam in gratiam nostram breuem catalogum omnium Praefectorum siue Toparcharū qui Vlraiectinum diisionem sub Carolo Quimo, & filio eius Philippo Hispaniarum Rege gubernarunt: Item quæ & Praesidum quoque qui Senatui supremo presiderunt: Quæ ad id ipsius memoriam in usum Vlraiectinorum, ne intercidat hic subiiciemus ex epi-

Anno Chri stola eius Ulrica electa ad nos data. 4. Idus Maij, anno  
fti. 1574. In quo sic se ibit.

Quod ad alteram eius epistola tua partem attinet, (inquit) qua cupis tibi suppeditari ordine Prae-  
des Curiae Ulraiectinae, ab eo tempore, quo in Caro-  
lum Quintum Imperatorem, translatas fuit Provinci-  
a, & quo quod anno cœperit, & quo præfuerit, sic  
babe:

Institutum fuisse Senatum Ulraiecti anno Dom.  
1530. vndeclimo Aprilis.

Gubernatore ium Provinciae D. Antonio de La-  
lainij, Comite Hochstratano, quo vita defuncto sur-  
rogatus in ipsius locum fuit Renatus Chalonius: Prin-  
ceps Aurangiæ, 11. Octob. 1540.

Huic succedit Ludovicus à Flandria D. de Praet.  
4. Octob. an. 1544. Ille abdicata consensu Casaris di-  
gnitate sucessorem habuit Maximilianum à Bur-  
gundia, Marchionem Veranum. 27. Martij anno.  
1546.

In cuius mortui locum suffectus est Guilielmus  
Nassonius Princeps Aurangiacus 18. Augst. an. 1559  
qui Duce Albano ad excitatos in Belgio motus com-  
ponendos, misso, in superiorem Germaniam cum re-  
cessisset anno. 1562. Praefectus Hollandia atq; Ultra-  
iectinae provinciae designatus fuit Maximilianus Co-  
nies à Bouffu.

Primus consilij Ulraiectini Praeses fuit Caspar Le-  
uin's Hogelandius ex consilio Hollandie ascitus 11.  
Aprilis 1520.

Martinus Naerdenmus etiam ex consilio Hollan-  
die euocatus locum Hogelandij subiit, qui sponte  
eam

*eam functionem abdicat at 6. Augusti. anno Domini. 1538.*

Anno Christi  
M.CCCC.XXVIII.

Närdeno deinde Gruningam ablegato, ut ibi Praefectum vrbi ageret, successit Hector Hoxverius 21, Nouemb. anno 1541.

Cui vita functio successit Adrianus Verburghius Magister libellorum supplicium, & magni Consilij Mechliniensis Consiliarius 27. Septembris anno. 1547.

Qui postea electus in Presidem Flandriæ & custodem Sigilli Belgiae successorem habuit Hippolitum Persinum, Regij in Frisia Senatus Presidem 19. Maig anno 1557.

Persino succedit Georgius Ratallerus Magister libellorum supplicium & magni consilij Mechliniensis Consiliarius 11. Augusti anno 1569.

Habes mi Suffride catalogum quem petiisti Praesidum Ultraiectinorum, cui ego adieci Gubernatorum seu Praefectorum catalogum, quem, si ita videbitur lo o appendicis poteris adiungere.

Becani Historiam quam hic tandem nactus era vernacula conscriptam linga describi iussi, eo animo ut ad te primo quoquo tempore transmitterem: Quia autem hesterno die ex Domino proposito D. Iohannis, intellexi, te Historiam eam propediem editurum, cum appendice tua ad hæc usq; tempora deductam, collatumq; tuum, cum duobus alijs exemplaribus, superuacaneum duxi meum tibi mittere: eoq; magis quod admodum mendosum multis in locis, plurimisque lacunis interscissum, haud magno tibi usui futurum existimet: Huc accedit quod cum hæc scribere-

Anno Chri. bam. Interuenit Theodorus Canterus communis amicus, dicens se abs te literas habere, quibus petebas ut principium finemq; mei exemplaris conferret, cum ijs, quæ ex tuo excerpseras: quod fecit. Atq; is ad te de hac re plenius: bene vale optime Suffride, & me tui amantem redama. Ultraiecti 4. Idus Maij anno 1574. Tibi ex animo addictiss. G. Ratellerus: Hac Ratallerus, opus autem lo. Beccani Canonici Ultraiectini, de quo hic agit, ego Louanius huc decedens Typographo excudendam tradideram cuius incuria amissum sed postliminio tandem recuperatum hacte nus penes me hic est, & prodibit in lucem commoda occasione data.

### 3. Gerardus Loppersum.

**M**Agister Gerardus, qui & Lemonius, & Loppersius & Loppersum dictus est, in Loppersum natus fuit, qui pagus est in municipio Gruningano: Hic in patria sua puerilibus literis imbutus, Regneno Prædimio Gruningane scholæ Rectori commendatus est. Quo Præceptore tum in ultraiecti lingua, tum in omni Philosophia sic profecit, ut in condiscipulorum suorum cœtu facile princeps esset: Hanc eruditioonis existimationem consecutus magnatum aliquot liberis Præfetus Louanius missus fuit. Vbi & per multos annos se continuit, & priuatis lectionibus se sustentauit, quibus & multos auditores attraxit, & iuncta vita integritate, mirum in modum delectauit. Intra linguarum & reliquæ Philosophiaæ cancellos prælectiones suas

suas continuuit etiam si & Iurisprudentiam & Theo-  
logiam ac Medicinam quoque non oscitanter inspe-  
isset, in patribus Ecclesiae Græcis ad vnguem versa-  
satus erat: Neque iucundus illi quicquam erat,  
quam Græcas patrum lucrubrations latinas face-  
re, non modo prosa, sed etiam carmine, quo multum  
valebat. Mortuo Regnero prædinio cum Magistratui  
Gruningano pro meritis ita à cordatis esset com-  
mendatus, ut tali Præceptor, talis discipulus merito  
sufficiendus videretur. Magistratus enim liberali sti-  
pendio induxit ut Schola Gruningana gubernacula  
suscepere. Sed cum vir optimus neque vocem, neque  
motus Regneri præstaret, quæ oculos & aures titil-  
larent auditorū solito modo, introduceret, deinde eti-  
am nouā & insolutā Poëtices doctrinā, quā Regne-  
rus neglexerat, cui nihil nisi carmina deerant, cui  
luit eius authoritas, & ipse in exemplum venit ita ut  
præ animi mœrore pene contabuerit, cum fructum fa-  
cere non posset; & existimationem omnem suam a-  
mitteret Itaq<sup>ue</sup>, elapso anno vno, missionem à Magi-  
stratu petiuit, quam illi Magistratus quamquam gra-  
uatum dedit, & pro amplitudine sua liberali cum eo  
egit, cum ipsisculpa immodum hoc non accidisse  
siret: Relicta igitur Gruninga Louanium reuersus  
est, vnde quorundam magna um precibus euocatus  
Traecti ad mosam Rectoratum Schoe suscepit ubi  
& vxorem duxit, & vt intellexi vita tandem defun-  
ctus est, circa annum 1582. Interim autem dum tra-  
iecti ageret, aliquando Louanium ad me excurrit,  
& inter alia me prudemia laudabat, quod Do-  
mino Regnero proxime noluerim succedere: sed

Anno Chri-  
sti-

conqueretur sibi non id in omni modo solum ibi obstitit-  
se sed illud quoq; quod esset illic in schola Hypodi-  
dascalii, qui ipsum omnibus modis amoliri cupiebant,  
ea spe, ut ipsi Rectoratum consequerentur, & horum  
investigatione ipsum fuisse exibilatum ab adolescenti-  
bus imperitis & imprudentibus, quod mihi facile persua-  
si esse verum, & postea ab alijs intellexi esse verò ve-  
rius: Mihi autem non illæ tantum causa fuerunt, cur  
multis in locis oblata scholarum publicarum guber-  
nacula recusaue im, de quibus hactenus dixi, sed &  
illa quoq; vel in primis quod Rector scholæ pub plus  
negotij sentiat ex Hypodidascalis suis, quam ex disci-  
pulis, Hypodidascali enim plerumq; non tam Recto-  
ris, quam suum negotium agunt, & non raro per dis-  
cipulorum conspirationes Rectorem euertunt, qua-  
res me maxime deterrunt, quo minus Rectoratum ul-  
lius scholæ suscipere voluerim, cum mihi diuersis in  
locis oblatus sit: Gerardus autem scripsit multa Epi-  
grammata ad diuersos.

Item Epitaphia & Epicedia.

Item D. Gregorij Nazianensi poëmata latine fe-  
cit, que omnia mihi coram Louanij exhibuit: an au-  
tem hactenus excudi curauerit ignoror. Scripsit e-  
iam multas epistolas græcas: de quibus æque nihil  
constat,

4. Boëtius ab Holdingha.

Boëtius ab Holdingha vir antiquæ & primarie  
nobilitatis, cum à Forensi strepitu abhorreret oti-  
um literariorum sectatus est, & quoniam neq; redditus  
amplissimi neque prædiorum commoditas decesset,  
musa pro arbitrio suo coluit, & comparata Biblio-

theca

thea ampla non modo legere multa, sed colligere Anno Chri-  
multa quoq; & commentari nonnulla voluit ad or-  
natum & utilitatem patrie sua: Itaq; etiam tum cū  
factiones sacrae per belgium gliscerent, ille, quo solita  
tranquillitate philosophar posset, Emdam concessit,  
vbe etiam nū fallor post al: quot annos vita defunctus  
est, vir sane in sacris linguis, in omni Philosophia, in  
tribus deniq; maioribus facultatibus, & pricipue in  
Historijs, & patria antiquitatibus ad miraculum e-  
ruditus. filum vnum moriens reliquit, Vili onem Hol-  
digerum ab Eysingh de quo infra dicemus: Scripsit  
que nos hactenus comperimus.

Insigne opus de Frisia nostra.

Item catalogum verborum Frisicorum que cum  
græcis conueniunt, & quedam alia non contemnen-  
da, mortuus est circa annum Dom. 1582.

### S. Sibrandus Leo.

**S**ibrādus Leo, Leouardie patre Leone naupego na-  
tus est: Cui si foriunæ te iniurias in prima adolescē-  
tia non obstatisset, nulli suorum æqualium secundus  
esset. Erat enim in eo ingenium viuidum & ad omnia  
sequax. Sed cum & legitime natus non esset, nec ha-  
beret quo studia sustentaret, per dispensationem, vt  
vocant, (quanquam satisdificulter) impetravit eius  
mater, vt in monuenum Lideunsanum recipereetur,  
qui prope Franekeram fit ordinis præmonstraten-  
sis: In hac igitur Abbatia monasticam vitam pro-  
fessus Sibrandus alacristudio ad ordines Sacerdota-  
les contendit, quos & gradatim adeptus concionan-  
do se exercuit, in quibus & paulatim vsu industrias  
adiuuante, eminere cœpit. Itaq; cum ista Abbatia ali-

Anno Christi  
M D C X C I

conqueretur sibi non id in omni modo solum ibi obstituisse sed illud quoque quod esset illic in schola Hypodidascali, qui ipsum omnibus modis amoliri cupiebant, easpe, ut ipsi Rectoratum consequerentur, & horum investigatione ipsum fuisse exsibilatum ab adolescentibus imperitis & imprudentibus, quod mihi facile persuasum esse verum, & postea ab alijs intellexi esse verò reius: Mihī autem non ille tantum causa fuerunt, cur multis in locis oblata scholarum publicarum gubernacula recusaui im, de quibus hactenus dixi, sed & illa quoque vel in primis quod Rector scholæ publice plus negotiū sentiat ex Hypodidascalis suis, quam ex discipulis, Hypodidascali enim plerumque non tam Rectoris, quam suum negotium agunt, & non raro per discipulorum conspirationes Rectorem euertunt, quae res me maxime deterruit, quo minus Rectoratum ullius scholæ suscipere voluerim, cum mihi diuersis in locis oblatus sit: Gerardus autem scripsit multa Epigrammata ad diuersos.

Item Epitaphia & Epicedia.

Item D. Gregory Nazianzeni poēmata latīna fecit, que omnia mihi coram Louanijs exhibuit: an autem hactenus excudi curauerit ignoror. Scripsit etiam multas epistolas græcas: de quibus & que nihil constat,

4. Boëtius ab Holdingha.

Boëtius ab Holdingha vir antiquæ & primarie nobilitatis, cum à Forensi strepitu abhorreret otium literariorum sectatus est, & quoniam negreditus amplissimi neque prædiorum commoditas decesset, musas pro arbitrio suo coluit, & comparata Biblioteca

the ca ampla non modo legere multa, sed colligere Anno Christi  
 multa quoq; & commentarii nonnulla voluit ad or-  
 natum & utilitatem patrie sua: Itaq; etiam tum cū  
 factio nes sacrae per belgium gliscerent, ille, quo solita  
 tranquillitate philosophari posset, Emdam concepsit,  
 vbe etiam nifallor post aliquot annos vita defunctus  
 est, vir sanè in sacris linguis, in omni Philosophia, in  
 tribus deniq; maioribus facultatibus, & præcipue in  
 Historijs, & patria antiquitatibus ad miraculum e-  
 ruditus, filium vnum moriens reliquit, Vili onem Hol-  
 digerum ab Eyt singh de quo infra dicimus: Scripsit  
 que nos hactenus comperimus.

Insigne opus de Frisia nostra.

Item catalogum verborum Frisicorum que cum  
 græcis conueniunt, & quædam alia non contemnen-  
 da, mortuus est circa annum Dom. 1582.

### S. Sibrandus Leo.

**S**ibrandus Leo, Leonardie patre Leone naupego na-  
 tus est: Cui si fortuna te inuitas in prima adolescē-  
 tia non obstruisset, nulli suorum æqualium secundus  
 esset. Erat enim in eo ingenium viuidum & ad omnia  
 sequax. Sed cum & legitime natus non esset, nec ha-  
 beret quo studia sustentaret, per dispensationem, vt  
 vocant, (quanquam satis difficulter) impetravit eius  
 mater, vt in conuenientem Lideumanum recipere ret-  
 eretur, qui prope Franekeram fuit ordinis præmonstraten-  
 sis: In hac igitur Abbatia monasticam vitam pro-  
 fessus Sibrandus alacristudo ad ordines Sacerdota-  
 les contendit, quos & gradatim adeptus concionan-  
 do se exercuit, in quibus & paulatim vsu industriam  
 adiuuante, eminere cœpu. Itaq; cum ista Abbatia ali-

Anno Clas*ri*<sup>a</sup> quot pagos haberet, quibus iure patronatus, de pasto  
 ribus prospiceret, euenit ut vita defungeretur Pa-  
 stor qui erat in Menaldemio, qui pagus non mul-  
 to plus uno miliari Occidentem versus Leouardia  
 distat: In huius igitur locum suffectus est Sibran-  
 dus: Qui post aliquot annos hinc Bellocomium ad  
 punguorem eiusdem sui conuentus Pastoratum si-  
 mili euentu & postea rursus in Menaldemium  
 translatus fuit: inde tandem glisceribus tota Bel-  
 gia sacris factionibus electus patria extorris, ad  
 extreum in Cusemaria sui ordinis Praepositura  
 in terra Gruningana vitam cum morte computa-  
 uit, anno post natum Christi, nisi fallor millesimo quin-  
 gentesimo octogesimo octauo. Miro studio hic nos à  
 teneris annis coluit, non modo Leouardia, ubi sub v-  
 no Praeceptore Magistro Cornelio Coleberto instituit  
 sumus, sed & Loua. quo aliquando excurrit, & pa-  
 triam subinde nos visitates diuersis in locis humanis  
 sime exceptit, quod agnoscere diceret nostra in ipsum  
 nescio qua beneficia, quæ tamen ipse nulla me con-  
 tulisse in ipsum memini, nisi forte consilio si quando re  
 quireret, nostro autem bortatu, primum Tabulam  
 geographicam Frisiae composuit: Quam excudit pri-  
 mum Jacobus Dauentriensis, & deinde locupleta-  
 tam recudit anno Christi 1579. Hoenbergius, & au-  
 etario tabule Hopperiana extendit, quæ situm Frisiae  
 representat. qualis sub Augusto Casare fuit, ut su-  
 pra diximus in Hoppero: deinde vero cum Historia  
 nomine quam in gratiam patriæ meditabamur, om-  
 nes amicos fatigaremus, ut nobis antiquitatum  
 monumenta conferrent, datis litteris & hanc etiam  
 ber-

hortati sumus , vt vnde cuncte posset antiquitates <sup>Anno Chri-</sup>  
patriæ corrogaret ac nobis transmittenet : Quarum <sup>iii.</sup>

et quirendarum ille vt si quis alius iunc maximam  
commoditatem habebat , tum ob conuentus duos  
Lidlinnensem & Mariengardensem sui Ordinis Ab-  
bates & Religio si complures valde diligentibus &  
industrijs vixerunt , tum etiam propter consuetudinem  
antiquissime & nobilissime familiae Hemmena-  
na que Bellocomi est , ubi Sibrandus tum Pastor erat :  
Nam cum ipse nobilissimus amplissimusque vir ac  
Dominus , & nobis dum vixit singularis patronus  
Hectoras Hemmena , huius familiae pater , haud fa-  
cile tota Frisia tota Frisia patrem in antiquita-  
tum cognitione , quatuor etiam Frisia habuit Doc-  
nem , Dominicum , Renicum , & Sextum insigniter  
& studiosos & peritos antiquitatum patriæ atque  
etiam mei amantissimos .

Ac prestitit quidem se tum Dominus Sibrandus  
in hoc negotio diligentem ac strenuum , & colle-  
git syluam quandam rerum gestarum nequaquam  
contemnendam , quam & mihi Louanum ubi tunc  
agebam transmissurum esse literis Bellocomo datis  
28. Iulij anno 1571 spopondit : Eiectus autem in exi-  
lium secum patria eam exportauit , & proposuo Cu-  
mariensi moriens commendauit , ut is proxima occa-  
sione Coloniam ad me transmittenet : Maximè autem  
vixit hic Sibrandus in rebus nostris trahim transma-  
ritim describendis , Oliuero Scholastico Coloniensi ,  
qui diligenter versatus est in recensendis Frisiorum  
rebus fortiter ad Damiatam & alibi terra S. gestis  
& privilegijs econome ab Imp. & Pont. impetratis .

Quod

Anno Chri-  
sti

Quod mandatum eius exequi inter p̄epositum &  
me dignatus est amplissimus vir ac reuerendissimus  
Dom Gellius Ilstanus. Ioannitarum in Hospitali pro  
pe Snelā, & in Vituert commendator, qui syluam  
istam Sibrandi ad me huc transmisit 11. Octob. anno  
1584. Quæ magnum adiumentum aitulit conatibus  
maxime in fluminib⁹ patriæ, describendis, in origi-  
nibus familiarum, ecclesiarum, ciuitatum adnotan-  
dis. Qua et se in ciuitatum descriptione magnopere  
adiutum esse, idem commendator ad me datis literis  
profitetur, vt infra plenius dicemus: scripsit hic Si-  
brandus etiam plura quæ olim in Menaldemio mihi  
coram ostendit. Sed an præter tabulam istam Geo-  
graphicam aliquid in lucem emiserit, equidem non-  
dum compere: Vt cumq; hoc sit, nobis hac Sibrandi me-  
moria consecranda fuit. Primum vt gratiam eiut  
manibus referamus, per quem profecimus: Deinde vt  
& Lectori fidem nostram probemus, cum iudicamus  
vnde acceperimus, quibus patriam nostrā illustrare  
conamur.

### 6. Andreas Mirica

**A**ndreas Myrica Lemmariensis, Medicina Do-  
ctor, quatuor linguarum, Latinae, Graeca, Hebraic  
a atq; Chaldaica peritissimus, omni artium genere  
insigniter exultus fuit: Vir vt ipso vultu venerabilis,  
tot oī corporis habitu reuerendus, ita etiam singula-  
ritatem probitate, vita honestate suspiciendus, om-  
nibus amabilis, nulli odiosus extitit: Post studiorum  
fitorum consummationem, quorum nomine Germa-  
niam, Galliam, & Italianam peragrauerat, ac diuer-  
sas uniuersitates colauerat in patriam reuersus Leo-  
nAR-

uardie honestam vxorem duxit, ibidemq; Medicinae Anno Chri-  
sti.  
praxim per multos annos feliciter exercuit, & pluri-  
mis operis oportunam iulit, quos alioqui mors imma-  
tura de medio suslisset: caterum quam alijs prasti-  
tit sibi prestare vir optimus ac peritisimus non potuit  
aduersus calculum Medicinam, cum aduersus fata-  
lem necessitate nulla medecina valeat: Itaq; calculo  
sublatius est sexto die Decembris anno 1585. quem  
tot a ciuitate magno luctu prosecutus est: scripsit ut ac-  
cepimus, non modo in medicina sed & in sacris plu-  
rima, quorum singulari affectu ardebat, sed hac om-  
nia, cum sibi mortem imminere sensisset, flammis ab-  
sumi voluit: in quo an illi prorsus obtemperatum ab  
amicis sit, equidem non satis compéri, ideoq; spero  
presto fuisse aliquem eius manibus talem vindicem,  
qualem se manibus Virgilij prebuit Cæsar Augu-  
stus.

### 7. Petreius Tiara.

PEtreius Tiara, Vorcomij honesto loco natus, cum  
fuisse singulari ingenio, & admirabili memoria  
prædius, nullam difficultatem in studijs, imo vero in  
quibuscumq; rebus percipiendis sensit: Vnde & cu-  
todiæxlos in omnibus fuit: nihilq; vñquam repperit  
quod non suopte marte, & sine Praeceptoris opera,  
plenus me perciperet. Quare & Logicis & Mathe-  
maticis, & Physicis & Ethicis disciplinis ad miracu-  
lum instructus fuit: Instrumenta Musica, Astron Geo-  
metr. artificiofissime fabricare, ut & pingere potuit:  
Trium linguarum cognitionem exactam habuit, qua-  
rum subidijs ad usum facultatis medicinae potissi-  
mum vrebatur. In qua supremam Lauream conseiu-

Quod mandatum eius exequi inter præpositum &  
me dignatus est amplissimus vir ac reuerendissimus  
Dom. Gellius Ilstanus. Ioannitarum in Hospitali pro  
pe Snecā, & in Vituert commendator, qui syluam  
istam Sibrandi ad me huc transmisit 11. Octob. anno  
1584. Quæ magnum adumentum attulit constitibus  
maxime in fluminibus patriæ, describendis, in origini-  
bus familiarum, ecclesiasticis, ciuitatum adnotan-  
dis. Qua et se in ciuitatum descriptione magnopere  
adiutum esse, idem commendator ad me datis literis  
profitetur, ut infra plenius dicemus: scripsit hic Si-  
brandus etiam plura quæ olim in Menaldemio mihi  
coram ostendit. Sed an præter tabulam istam Geo-  
graphicam aliquid in lucem emiserit, equidem non-  
dum comperi: Vt cumq[ue] hoc sit, nobis hac Sibrandi me-  
moria consecranda fuit. Primum ut gratiam eius  
manibus referamus, per quem profecimus: Deinde ut  
& Lectori fidem nostram probemus, cum iudicamus  
vnde acceperimus, quibus patriam nostrā illustrare  
conamur.

### 6. Andreas Mirica

**A**ndreas Myrica Lemmariensis, Medicina Do-  
ctor, qua uor linguarum, Latina, Graeca, Hebraic  
ca atq[ue] Chaldaica peritissimus, omni artium genere  
insigniter exultus fuit: Vir ut ipso vultu venerabilis,  
totu[m] corporis habitu reuerendus, ita etiam singula-  
ri morum probitate, vita honestate suspiciendus, om-  
nibus amabilis, nulli odiosus exitit: Post studiorum  
suorum consummationem, quorum nomine German-  
iam, Galliam, & Italianam peragrauerat, ac diuer-  
sas uniuersitates colauerat in patriam reuersus Leo-  
n-

uardia honestam vxorem duxit, ibidemq; Medicinae Anno Chri-  
praxim per multos annos feliciter exercuit, & pluri-  
mis operis oportunam iulit, quos alioqui mors imma-  
tura de medio suslulisset: caterum quam alijs præsti-  
tit sibi præstare vir optimus ac peritisimus non potuit  
aduersus calculum Medicinam, cum aduersus fata-  
lem necessitate nulla medecina valeat: Itaq; calcu-  
lo sublatius est sexto die Decembris anno 1585. quem  
tot a ciuitate magno luctu prosecutus est: scripsit ut ac-  
cepimus, non modo in medicina sed & in sacris plu-  
rima, quorum singulari affectu ardebat, sed hac om-  
nia, cum sibi mortem in minere sensisset, flammis ab-  
sumi voluit: in quo an illi prorsus obtemperatum ab  
amicis sit, equidem non satis compperi, ideoq; spero  
præsto fuisse aliquem eius manus talem vindicem,  
qualem se manibus Virgiliy præbuit Cæsar Augu-  
stus.

### 7. Petreius Tiara.

**P**etreius Tiara, Vorcomij honesto loco natus, cum  
esset singulari ingenuo, & admirabili memoria  
præditus, nullam difficultatem in studijs, imo vero in  
quibuscumq; rebus percipiendis sensu: Vnde & cu-  
ravidaxlos in omnibus fuit: nihilq; vñquam repperit  
quod non suopte marte, & sine Praeceptoris opera,  
plenis me perciperet. Quare & Logicis & Mathe-  
maticis, & Physicis & Ethicis disciplinis ad miracu-  
lum instructus fuit: Instrumenta Musica, Astron Geo-  
met. artificiosissime fabricare, vi & pingere potuit:  
Trium linguarum cognitionem exactam habuit, qua-  
rum subsidijs ad usum facultatis medicinae potissi-  
mum vtebatur. In qua supremam Lauream consecu-

## 240 DE S C R I P T O R I B V S F R I S I A E

Anno Chri-  
st. & exemplar hoc Bibliotheca sue consecrauit, ex-  
pectans editionem publicam ex alio autographo à  
Petreio faciendam, quam an postea fecerit equidem  
ignoro.

Post obitum eius ex ipsius interpretatione prodier-  
um Pythagoras Phocylides, Theognis carmine lati-  
no expressi, quos excudit in vniuersitate Franekerien-  
si A Egidius Radæus in 8.

In translationibus eius Prosaicis est quedam Cice-  
ronianæ sermonis puritas, minimè tamen affectata,  
sed veluti nativa, que singulari quodam philtro ad-  
blandiens aliquid plus voluptatis adferat Lectori  
quem is ex ipso fonte grāco percepturus erat.

## 8. Rembertus Dodonæus.

**R**embertus Dodonæus, origine Frisius patria Me-  
chlinensis fuit, quod negotiorum s̄ orum gra-  
tia parentes eius Frisiū Mechliniae versati, filii nullis  
sustulerunt: Proavis huius Remberti nostri Stauri-  
ensis fuit nomine Tarichus à Löenikema, qui filium  
habuit Rembertum qui à Löenikema, & Taricha  
dictus fuit Is Leonardiana ciuitatis Senior diu fuit;  
vir magni onſilij. summaq; autoritatis; hic moriēs  
reliquit filiam vnam, & filium unum. Filiæ nomen  
fuit Tūa, siue Tidea, ex qua nata est Rixtia vxor Se-  
deuardi siue Suffridi Hopperi, vt amplius patet in ge-  
nealogia Hopperi supra posita: Filio Remberti nomē  
fuit Dodo, qui dictus est extra patriam Dionisius Do-  
donæus: ex hoc natus est hic noster Rembertus Dodo-  
næus. Cuius filij fuerunt Dionysius, vita defunctus  
& Rembertus Dodonæus iunior, filiae fuerunt tres,  
Antonia, Ursula, & Ioāna: Ipse & fortunis, & miseri-  
cōdias propitijs

propitjs ad summum eruditio[n]is culmen in omni ar-  
tium genere peruenit, in Medicina tamen facultate e-  
minere voluit, cuius gratia multas vniuersitates in  
Germania, Gallia, & Italia visitauit & coluit, medi-  
cina autem Lauream supremam consecutus, cum ob  
artis insignem peritiam & in eius praxi summam  
feliciatem longè lateq[ue] celebrareetur. Inuictissimus  
Imperator Rodolphus secundus eum sibi medicum ac-  
ciuit, apud quem cum in summo honore esset, conti-  
nuis amicorum literis Mechliniam vocatur, quod bo-  
nis suis, qua circa Mechliniam & Antuerpiam habe-  
bat, presto eum adesse oportet, nisi ea factiosis im-  
pune diripiendam concedere, & quasipro derelicto  
habere vellet. Quibus ille tandem permotis impestra-  
ta ab Imperatore missione, ad suos redditurns Col-  
oniae aliquandiu substitit, quod tum temporis toto Bel-  
gio & maxime in Brabantia, omnia sacris factioni-  
bus infesta essent: Quo tempore ob insignes curatio-  
nes, hic quas in multis agrotaribus feliciter opera-  
tus erat, in summa gratia apud omnes fuit: eum quo  
que charissima Coniugi nostrae agrotanti, medicum  
adhibuimus, sed eo euentu, proh dolor, quem ipse pro  
fuga citata sua ex signis medicis facile præuidit, &  
mihi etiam prædixit: Octauo enim die ex quo agrotar  
re cœperat, infata concepsit, ultimo Martij, qui pri-  
die Parasceuus erat anno 1580. Hic vir quanquam  
neq[ue] natus, neq[ue] mulium versatus esset in Frisia, ad  
miraculum tamen peritus erat, rerum Frisicarum,  
maxime autem in deducendis antiquis familijs, qua  
rum origines ac successiones, ad vngue callebat: quod  
ego non modo in mea vxorisq[ue] mea prosapia, sed &

Anno chri in aliorum quoq; multorum genealogijs deprehendi si.  
 in quibus deducēdis magno mihi adiumento sape sunt:  
 Amicis demum assidue flagit antibus ob causas supra  
 dictas relictā Colonia, Antuerpiam concessit, indeq;  
 non multo post Lugdunū in Batavia stipendio lucu-  
 lento inuitatus, medicinae professionem publicam sus-  
 cepit, qua non admodum diu functus ibidem di-  
 em extremum clausit: Scripsit multa & insignia  
 ad eam medicinae potissimum partem spectantia,  
 que versatur circa simplicia, que vocantur: Et  
 sunt.

Florum & coronariarū odoratariūq; nonnullarū herbarum historia, apud Plant. Antuer. excus. an-  
 no 1568. in 8.

Eiusdem historie frumentorum, leguminum, pa-  
 lustrium & aquatilium herbarum, additæ sunt ima-  
 gines viue, quarum pleriq; nouæ & hactenus non  
 editæ apud Christop. Plant. Antuerp. anno 1586. in  
 octauo.

Herbarium absolutissimum, omnium plantarum  
 genera complectens, appositis vbiq; artificiosissimis fi-  
 guriis, infol. Antuer. apud Plant. Moriūus est, vt ac-  
 ceipi, anno Dom. 1586.

### 9. Sixtus ab Hemminga.

**S**ixtus ab Hemmema, seu vt ipse se scribit, ab Hem-  
 minga, natus est Ballocomi, oppido Frisia Occide-  
 talis, Patre Hectore ab Hemminga, matre Barbara  
 à Gratinga, anno Christi 1533. sexto die Februarij,  
 Pater huius Sixti nostri nobilissima & antiquissima  
 familia Hemminganae columen, sua memoria inter

Fri-

Frisie proceres in communitijs alijsq; publicis congressi  
bus, patriæ nomine institutis auctoritate sua multum  
potuit: Hic habuit filios quatuor, Doconem, Domi-  
nicum, Regnerum, & hunc Sextum, omnes singulari  
eruditione conspicuos: Nam vir cordatus pecunia nū  
quam pepercit, quam in filiorum institutionem im-  
pende et. Itaque ab ipsis statim incunabilis illis, pre-  
ceptores idoneos habuit, & percep:is in patrallite-  
rarum fundamentis Louanium, & porro ad alias  
vniuersitates alegauit, vt non modo artium peritia,  
sed & linguarum scientia conspicui, & postulante ne-  
cessitate usi Reip. esse possent. Quam diligentis studio  
quam maturo prefectus doco fuit, Sixti nostri verbis,  
quam meis explicare malo, quæ huc ex ipsis Doc-  
onis genitura quam Sixtus fratri exemplo 24. posuit  
transcribam: Nihil autem minus suspicabatur „  
(inquit) quam ipsum nobis morte subripiendum cum „  
rarisimè, imo annorum 22. spatio nunquam pericu- „  
lose agrotasset, & esset valetudine satis firma, sobri- „  
us præterea & temperans admodum, vitaq; in om- „  
nibus actionibus moderatissima. Erat vero ingenio „  
tam mansueto ac sedato, vt non alium viderim co „  
quietiorem: à grauioribus occupationibus & publi- „  
cis negotijs prorsus immunis, à domesticæ quoque rei „  
curis liber, nam cœlebs erat. Inimicitias & contro- „  
uersias ita detestabatur, vt neminem yngnam cogno- „  
rim, quē aut odio haberit, aut cui ipse odio fuerit. „  
Nihil præferens animi tranquillitati, priuatim in otio „  
tamum literato, & ingenioso degebat, à vulgi mori- „  
bus alienissimus: In studijs primum locum tribue- „  
bat lectioni Sacrorum Voluminum: Secundum „

Anno Chri- Historijs & Chronographia, tertium poësi, sed secre-  
sti. tiori ac Doctæ: Artem enim illam versificatoriam vul-  
 " garium huius temporis Poëtarum contemnebat, &  
 " in his semper aliquid adnotabat & commentabatur:  
 " Horis autem subcisiuis se conferebat ad Geometriā,  
 " Opticen, Picturam, Plasticen, Torsuticen, quibus li-  
 " benter ingenium adiuuante natura vacabat, sēq, ex-  
 " ercebat, imitatione pariter & inventione felicissimus:  
 " Conscriptit tabulas yniuersalis Chronographiā, sed  
 " morte praeuentus non absoluuit poëmata quoq, multa,  
 " qua tamen nūnquam voluit in lucem edere. Exara-  
 " uit tabulam Geographicam totius orbis, cum primis  
 " magnam & elegantem, nec minus artificiosam, plu-  
 " raq, industrie sua monumenta nō volgaria reliquit:  
 " Hæc ibi, deinde infra subdit. Sequenti: (iunxit) anno.  
 " 1570. Mense Martio die 19. corripuit ipsum inflam-  
 " matio cerebri, qua indies ingrauescente, cum neq, se  
 " quieti dare posset, neq, quicquam sumeret frustra ac  
 " cerfis medicis maximo suorum mœrore ex hac vita  
 " decessit 30. Martij sub ortum solis annos natus. 42.  
 " menses sex & dies aliquot: Meo autem dolori accessit  
 " id quoq, quod nec agrotanti aut decumbenti, nec ex-  
 " piranti adfuerim. Haec enus de fratre suo Docone  
 Sixtus. De Dominico & Renico idem testaturus, si &  
 horum Genituram descripsisset: Ipse Sixtus vt in me-  
 dicina excelleret artes Mathematicas sibi diligenter  
 agnoscendas esse statuit. Ideoq, perceptis Logicis &  
 Ethicis & Physicis disciplinis, & linguis sacris Ma-  
 thematicarum gratia se Louani Gemma Frisio, &  
 alibi alijs earum peritissimis professoribus applicuit  
 quo penitus in earum penetralia transiret. Cumq, in  
 cateris

ceteris, quæ Mathematicum nomine censentur certitudinē esse deprehendisset, quā docti & indocti pariter prædicant, extra omnem veritatis controuersiā esse positam, eas ad usum suum sectatus est. Sed illam quam astrologiam vocant, quæ futurorum præscientiam ex astris promittit, quum nullis fundamentis, nullis rationibus certis nisi, & proinde vanam & futilem esse deprehendisset, vir veritatis studiosus & ingenuus, nō modo ipse eam cane peius & angui odit, sed etiam alijs etiam pro merito odiosam reddere voluit: Itaq;<sub>3</sub> scripsit librum aduersus eos qui Astrologiā profitentur, cui titulum fecit, *Astrologia ratione & experientia refutata liber*. In quo ille non Astronomiam impugnat, que inter Mathematicas quartum locum obtinet, & siderum ortus & occasus docet, ex quibus interualla temporum metimur, & proinde ut humanis usibus, maxime necessaria in universitatibus publicè docetur, & suis professoribus priuilegia ab Imperatore meretur: Sed Astrologiam vanitatis arguit, quæ ex siderum constitutione hominibus ineuitabiles inclinationes ingenerari docet, quibus homo pene plus quam fatali necessitate, vel ad hoc, vel ad illud ita propendeat, vt aliter agere non possit, quam ex inclinatione siderali urgetur. Hanc enim Astrologiam nihil aliud esse asserit, quam meras imposturas, sicut & pedissequas eius universas, quæ sunt Geomantia, Hydromantia, Pyromantia, Aruspicia, Chiroscopia, Metoposcopia, Goëtiea, Teurgia, Necromantia, præstigia; & nobilis illa Alchimia cōpluresq;<sub>3</sub> alie, quæ diuinatrices generali nomine appellantur, & non modo ab ordine liberaliū artium remouentur

Anno Chri-  
si. sed etiam capitali poena in Cultoribus earum condē-  
nantur: Neque vero Sixtus dum hoc agit, cum ple-  
beis & vulgaribus huius Astrologie Professoribus,  
sed cum Cypriano Leonitio, Hieronymo Cardano,  
Luca Gaurico congregitur, qui huius professionis Co-  
ryphæ sunt: Neque solum in generalibus huius profes-  
sionis Regulus confutandis occupatur, ut Picus Mi-  
randula, & Cornelius Schepperus, sed & ad ini-  
uidua descendit, in quibus experientia ipsa declarat  
vanas, futilles, & imanes esse promissiones omnesquas  
Astronomi de futuris euentibus faciunt: quod ipsum li-  
quido declarat, in triginta illustrium personarum G-  
nitoris. In quibus nihil euenisse declarat eorum, quæ  
astrologi ex doctrina sua, his quasi necessario euen-  
tura prædicunt: Personæ autem hæ sunt: quarum geni-  
tura proponuntur.

1. Caroli Quinti Imperatoris.
2. Caroli à Brimeu Comitis Megani.
3. Ioannis ab Austria.
4. Henrici 2. Francorum Regis.
5. Francisci 2. Francorum Regis.
6. Caroli 9. Francorum Regis.
7. Isabellæ Valesia.
8. Payl[er] 3. Poncificis Maximi.
9. Petri Aloisii.
10. Alexandri Medicis.
11. Henrici 8. Anglia Regis.
12. Edoardi Sexti Anglia Regis.
13. Mariae Anglia Regine.
14. Elizabethæ Angl. Regina.

## DECAS DECIM A TERTIA

247

Anno Chis.  
xi.

15. Ludouici Anglia Regis.
16. Ferdinandi Imperatoris.
17. Ioannis Frederici Sax. Ducis.
18. Maurici Saxon. Ducis.
19. Philippi Lantgravi Hess.
20. Bernardi de Meroden.
21. Henrici Rantzauj.
22. Adriani Junij.
23. Gemma Frisiij.
24. Docconis ab Hemminga.
25. Sixti ab Hemminga.
26. Assae Boitzemanæ.
27. Regneri à Gratinga.
28. Emari Ranconeti.
29. Ioannis Cheei Angli.
30. Ioannis Baptista Cardani.

Quibus genituris ex arte fideliter deductis & ad  
 præsentem euentum diligenter accommodatis, cū vani-  
 tatem astrologiae deprahenderit ac demonstrauerit:  
 Hoc præstare voluit, vt posteros errore, & frustra-  
 neo labore liberaret: Illud saltem est consecutus, vt  
 nec ingenium nec diligentiam nec studium sibi defuis-  
 se demonstrauerit ad Remp.literatiam iusto tramite  
 gubernandam: Fuit huic Sixto Germana soror, no-  
 mine Gerlanda: Quæ vxor fuit amplissimi nobilissi-  
 miq; viri ac domini Francisci à Dekema, qui nuper  
 cum omnium bonorum ingenti mœrore hic infata  
 concepsit. Hunc maritum pia coniunx relicta patria  
 studiorū graia in Lotharingia usq; secuta Myssopōti  
 diem clausit extremū, relictis superstitibus duabus  
 filiis.

**A.** anno Chri filiabus, & Filio uno Sixto. Qui Colonia bonis artibus diligentem operam nauat; eog, cunctis viribus emititur ut & paternæ & maternæ familie hereditariam laudem industria sua non modo conseruet, sed etiam augeat: De auunculis quidem eius & suo materno, nos hic diximus, quantum praesentis institui nostri ratio patitur: De suo paterno amplissimo, nobilissimoq, viro ac Domino Sixto à Dekema Equite Aurrato, & suprema Senatus in Friesia Consiliario. De Julio eius filio qui Duaci studijs immortuus est. De Sixto juniori eius filio qui in studijs Myssopoti occubuit. Itemq, de superstitibus adhuc eius filijs Sixto seniori V.I.D. & Dacone, viris eruditione, prudentia, auctoritate conspicuis, suo loco commodius agemus: Quorum exemplis exuscitatus vestigüs gnauiter insistit, vt ad usum Rep. in literis ac virtute cum illis paria facere possit: Author hic noster vita defunctus est, circa annum Christi 1586. Opus eius de quo hic egimus excusum est in 4. Antuer. 1583. apud Plant.

### 10. Cyprianus à Popma.

**C**yprianus à Popma Sixti Germanus frater de quo infra: singulari eruditione præditus ac virtute, patriæ nostræ columen insigne fuit: Coloniae ac Louaniæ studiorum causa versatus inter aquales suos in genio & industria longe emicuit. Cum in patria versatus esset, uxorem duxit, nobilissimam & omni virtutum muliebrium genere ornatam Hisiam Boythiemaram, ex qua duos liberos suscepit Mariam & Dominicum, qui ambo patre adhuc superstite in Albis perierunt: Ipse mortuus est Elosti, & in monumneto patris sepultus Elosti anno 1582. postridie Calend.

Oktobris. anno etatis sue 32. Scripsit Cyprianus.

Anno Chri.  
Sti.

Historiam superiorum motuum, qui in Frisia factae sunt post annum 1570, quam tamen an in lucem edic curaueris hactenus non comperi, manuscriptam sibi ab authore exhibitam esse literis ad me Leouardia datis vigesimo quarto Decembbris anno 1583. scripsit amplissimus vir ac Dom. D. Igramus Achelen Regij Senatus in Frisia Praeses.

C. Crispi Sallustij opera emendauit, ijsq; emendationum suarum rationes adiecit excus. in 18. Louanijs anno 1572.

Henrici etiam Mediolanensis libros de controuer-  
sii hominis & fortune in lucem erunt & commenta-  
rijs illustravit excusi Colon. anno 1570.

Cætera que ad hunc authorem pertinent infra-  
tre eius Sexto explicabuntur infra.

## DECAS DECIMA QVARTA

### I. Dominicus Bendixius.

**D**OMINICVS Bendixius, Snelæ natus est, paren-  
tibus honestis, patre admodum adolescens orba-  
tus vitricum accepit Magistrum Gerardum, siue Ger-  
conem Leouardiensem, qui & Leouardia & Snelæ aliquando docuit: Præceptores Snelæ habuit in  
Triuialibus M. Ioanuem Rodium Drentum: Deinde  
Vitricum suum M. Gerconem, sub quibus egit usq;  
ad etatis sue annum 13. Deinde missus cum Joachimo  
Hoppero & quibusdam alijs, conciubibus Snelanis  
est Harleum: Vbi scholæ publicæ tum præerat vir dō

Q5 elissimus

Anno Chri- Etibimus Dom. M. Cornelius N. Quem auduit annis  
st. si.

quatuor continuis. Inde Louanium profectus, operam  
Iuris prudentia dare coepit, sed anno vix exacto, ob  
morbum Vitrici reuocatus in patriam Leouardiae pue  
ris instruendis praeficitur. Tandemq; loonne Noue  
sio (qui & Sene & Leouardiae scholam pub. aliquan  
diu rexerat) Frisiam relinquente Suollas cum eo pro  
fectus est, illi futurus ibi hypodidascalus, hortante  
cum ad hoc & modo non cogente Vitrico. Interim ve  
ro cum assiduis Hopperi literis Louanium reuoca  
retur, tandem relicto apud Suollas Nouesio, recta Lo  
uanium contendit. Sed Hoppero paulo ante iam in  
Galliam profecto ipse subsidij quod Hopperus promi  
serat frustratus fuit: Itaq; inde in patriam reuersus  
diu varia fortuna iactatus est. Sed tandem ad Sacer  
dotium adiecit animū. Itaq; initiatus diuersis in pa  
gis Vicarius ac pastor fuit, tandem etiam Sene, ac  
demum Leouard. Pastorem egit. Habebat enim sin  
gularem quandam gratiam & energiam in concio  
nando, & efficacissime monebat populum, ita ut acu  
leos quosdam in eorum animis fixos relinqueret. Hic  
autem anno 1570. sub Cuniro Petri primo Episcopo,  
primus Archidiaconus Leouardiae constitutus est, qua  
dignitatem quo dignius administraret. Louani sacra  
rum legum Licentiatus creatus est: Progressu te  
poris cum rerum potirentur illi, quibus ante annos ali  
quot, & in publicis concionibus & priuatis disputatio  
nibus ipse acrius obfiterat, in exiliū actus aliquandiu  
se Colonia cominuit: Hinc in Civitate Ratingensi pa  
storatum consecutus, per triennium ferè mansit: Inde  
Dusseldorfum commigravit, ubi Canonicatū assecu  
tus

zus, antequam tempus strictæ residentiæ (quam vo-  
cant) compleuisset, in D. obdormiuit 12 die Ian. 1586  
 Offenderat hunc mirum in modum olim Stephanus  
 Sylvius, de quo supra diximus, qui cum in ipso oratio-  
 nem minus expolitam, & in musæo eius aliquot opera  
 Lulli animaduertisset, Lullianum appellavit & Bar-  
 barum: In quo viroq; tametsi Stephanus non plane  
 falso diceret, odiosatamen illi hæc veritas erat, quæ  
 Cynico sale ostenditur: Maiori cum dexteritate in hac  
 palestra cum eo versari posuit non modo coram vi-  
 uis verbis, sed & absens, etiam vir doctissimus & cor-  
 datissimus Dom. D. Dominicus à Broersma Snelca-  
 nae Reipub. Secretarius, qui sapientiæ longè plura  
 illi ingessit, quam Stephanus, sed eo fine, non ut vul-  
 neraret, sed ut sanaret: Quod idem & nos quoq; fre-  
 quenter egimus, & salua eius gratia suassimus, ut  
 & linguam suam excoleret, & Lullium relinqueret;  
 Quod quoniam ipse à se ut faceret impetrare non po-  
 tut, minus grata eius scripta sunt: in quibus inter-  
 dum & dispositio, & elocutio exactior non immerito  
 desideratur. Scripsit autem quæ quidem nobis aliquā  
 do exhibuit.

Sermones de vitanda peccati occasione.

De Humilitate.

De ira, de inuidia, de continentia, contra luxū, &  
 crapulam.

De pura Castitate, & quedam alia quorum non  
 satis memini, quæ tamen antiquis hactenus euulgata  
 sint, eisdem non comperti.

Anno Chri-  
sti.

## 2. Albertus Hero.

**A**lbertus Hero, Sneca natus patriæ sua columen insigne futurus erat, si vita diuturner contigisset utpote qui ab ipsis incunabilis indefatigabili studio ad eruditionem & pietatem contendit: Primis rudimentis in patria imbutus, Coloniam se contulit, ibidē que primum descendis, deinde etiam docendis Philosophicis disciplinis strenuam operam nauauit: Edicto deinde per Belgum promulgato quo Dux Alba-nus Regis Hispaniarum subditos certis vniuersitatibus circumscrivebat, Louanium se contulit: vbi ob insignem eruditionem, & vita integritate apud omnes in summa veneratione fuit, à Viglio Zuichemio illi locus honestus in collegio eius quod illic est, adsignatus fuit. Vbi studij Theologici cursum cū summa tranquillitate compleuit: Studijs deinde obfactionum in crudecentes motus collabentibus Coloniam reuersus est, & in collegio Laurentiano, cui tū Regens praesidebat egregius vir S. Theologiae Licentiatus Dom. Paulus Cuchouius Philosophiae professionem suscepit. Nec multo post publica etiam Maihesteos professione ab amplissimo huius urbis Magistratu decoratus, tandemq; Theologie etiam licentia auctus fuit: Concionibus interim & latinis & popularibus se maximo cum auditorum fructu exercuit, quarum nomine longè latèq; celebratus, ad munus Pastorale vocatus fuit in Gerrishedium, qui vicus est insignis in terra Mōtensi, propè Dusseldorpium, vbi populum sibi commissum doctrine sanitate, & vita integritate sedulo formauit: Defunctus est ibi integræ adhuc atatis, utpote quadragenario non minor, anno Domini 1589. De-

cimo

eimo die Martij circa horam 12. Habuit ille absolu- <sup>Anno Christi  
stii.</sup>  
tam trium sacrarum linguarum cognitionem sum-  
mus Philosophus, summusq; Theologus, ut eius scri-  
pta testantur, quæ estant.

Scripsit autem Epigrammata diuersa, Latine, Gracè, & hebraicè, quæ separatim circumferun-  
tur, diuersis locis excusa:

Scripsit etiam quinq; libros de prouidentia Dei,  
quod Colonia excudit. in 8. Maternus Cholinus anno.  
1582.

Scripsit etiam præfationem, quæ Polianthe apud  
Maternum excusa præmittitur, eis nomen suum non  
expresserit.

Scripsit & alia quoq; nonnulla, quæ tamen videre  
nobis hactenus non contingit.

### 3. Cornelius Kempius.

Cornelius Kempius, (cuius auunculus magnus  
fuit clarissimus ille V. I. Consultus Dom. D. Io-  
annes Docconiensis:) Honestissimo loco Docconij na-  
tus, & in supradicti auunculi sui adibus & cura, dum  
boni literis & Philosophiae incubuit, Coloniae educa-  
tus est, ubi & in artibus Magisterium, & in V.I.  
Baccalaureatum accepit. Auunculo defuncto in pa-  
triam reuocatus ob negocia familia: studia pro volun-  
tate sua prosequi non potuit: Deinde Ciuilibus etiam  
& publicis factionibus, primum in patria, ac tandem  
etiam Gruningæ occupatus Reipub. magis, quam rei  
literaria vacauit: Interim tamen cum animus literis  
natus conquiescere nequiret, genio suo obsecutus est,  
quantum per occupationes potuit: & quicquid otij ne-  
gotij diuturnis subtrahere valuit, in vniuersum hi-  
storia

Anno Chri*sti* storijs patriæ impēdit, ut rebus in ea gestis postetriati commendandu*m* officium suum viris bonis probaret: Collegit itaque syluam quandam antiquitatum, quam distribuit in lib. ostres, quos inscripsit de origine, situ, qualitate & quantitate Frisiae, quos Colon. excudit. Gosewinus Cholinius. anno 1588. In quibus digerendis sit tantam curam vir bonus adibere potuisset, quam tam diligentiam locupletiādini*m* adhibuit maiori cum affectu ab eruditis legerentur. Desideratur enim multis in locis rerum delectus, & dispositiōnis lumen, & dictionis puritas: Quibus tamen dissimulatis, ea qua in his restant, gratia manu a cipienda sunt cum & multa doceant, & ad plurima inquirenda lectorē exūscient.

Reliquit ex honestissima Coniuge Gesa à Facem filios duos, Cornelium & Abelium, qui perceptis Gruningae literarum Rudimentis ad maiorem studiorum profectum, Colon aliquandiu versati sunt, & nunc Dilaci agunt: indefatigabili studio ad culmen eruditionis anhelantes, ut patriæ se & aliquando ornamento atque subsidio esse queant: Author hic noster Gruningae mortuus est circa annum Dom. 1587. Instruxit hic vir bonus me cum alijs antiquitatibus, ad historias meas pertinentibus, tum etiam Codice manuscripto, in quo sunt Helmoldi historia Slavorum.

Item Historia Ioannis Becani Ultraiectini de visitis Epis. Ultraiect. & Comitum Hollandiae.

Item historia Frisiae Idsardi Grauij de quo supra diximus.

1593.

4. Eilar-

**E**ilardus Alma, scripsit Bellū Gigantum, liber pro-  
dijt in 4. excus. 1587. ex offici. Sancti Andreana.  
De quo auctore præterea nihil compéri.

## Franciscus Aduortensis.

**F**ranciscus Aduortensis Triumpho, Bosuerdia  
natus est: Is conscripsit librum de Mæcenat; quo  
illud docere mititur, quod illi Horatius persuadere vo-  
luit, qui cecinit.

Sint Macenates non deerunt flacce Marones.

Men. ini me vidisse librum excusum in 8. & haud  
satis scio an dedicatum, certe exhibitum sat scio Vi-  
glio Zuchemo: De auctore hactenus præterea ni-  
hil compertum habeo, quem adhuc in viuis esse puto.

## 6. Renicus Fresinga.

**R**enicus Fresinga Franekerensis scripsit populari  
lingua Belgica. memorias siue Ephemerides re-  
rum momorabilium, quæ gestæ sunt ab anno 1576. usq;  
que ad annum 1584. per Frisiam, Transisulaniam,  
& finitimas terras Drentram, Gruningiam, Lingā  
cum finitimiis earum terminis: Liber est excusus Da-  
uentr. in 8. per Fridzerdum Campensem anno 1589.  
Authorem hunc vivere adhuc audio & de continua-  
da historia porro cogitare.

## 7. Andreas Cornelius.

**A**ndreas Cornelius Stauriensis Chronicon Frisia  
populari sermone Belgico conscripsit libris octo:  
Quibus ea complexus est, qua Solco à Tortema, &  
Occo Scharlensis, & Ioannes Vlieterpius, vicissim  
ex antiquioribus scriptoribus, & sui temporis obser-  
uationibus

Anno Chri-  
tiani 1589 uationibus concesserant ab initio Frisonica gentis, vñ-  
que ad annum 1566. quod tandem porrò ad annum  
1589 produxit Fuit vir insigniter eruditus, & otio li-  
terato deditus officiū Harlingae in templo habuit,  
vbi organo praefectus fuit. Ibiq; historiam suam con-  
scripsit, felix sanè qui reliquias istas veterum Histori-  
corum naclus sit, de quibus singulis supra suo loco di-  
ximus. Felicior & nobis utilior futurus, si integra eo  
rum opera ipse consequi, aut saltem ea quibus ipse v-  
sus est, ad manus nostras transmittere potuisset: Inte-  
rim tamen ambabus & quidem obuijs vlnis ample-  
ctendum est, nobis id quod præstítit, cum multa adfe-  
rat memorabilia, & quæ in alijs haud facile recipias  
nec ego quidem, vel diligentiam velfidem in illo re-  
quiro, quam in quovis absolutissimo Historico deside-  
res. Temporum enim iniuriam ille præstare non po-  
tuit. Cui nos debemus, quod tam multa maiorum mo-  
numenta lacerata ad nos peruerenterint, tā multa prorsus  
intercederint: Itaq; nos illius vestigij potissimum in-  
sistimus, & quæ apud illum desunt supplebimus, quæ  
perperam posita sunt, quantum quidem in nobis erit  
adhibita diligentia & cura emendabimus: Author  
opus suum dedicauit Reuerendo in Christo Patri ac  
Domino D. Paulo A Egidio Costero Abbatii Monialium  
Benedicti ordinis in Bethamia. quæ Fosvelt apud nos  
dicitur: Opus ipsum nondum Typis excusum est, sed  
extat manu scriptū apud me & complures nostreates  
alios in patria, Author ipse nuper obiit Harlingae an-  
no 1589.

## 8. Cornelius AEdgerus

Corr-

**C**ornelius A Edgerus ab Engenhuyjs, Cuius Leouardie  
diensis, quamquam alioqui literis latinis aut  
Gre. is, non admodum excultus sit, indefatigabilita-  
men studio & familiariter mathematicorum consuetu-  
dine singularem Geometriæ peritiam consecutus est.  
**Q**ui & patrie in primis, & vicinis principibus, pro-  
rum ijs & urbibus operam viilem atq; necessariam  
nauavit. Hic cum aliquandiu propter factiones Belo-  
gicas tranquillitatis ergo Coloniæ substitisset, amplis-  
simò huius vibis magistratui ministerium in hac ar-  
te probauit: Ibidemq; tabulam Geographicam edi-  
dit Diœceseos Coloniensis, quæ excusa est Colo. 1583. 1583.

Auctor ut puto quamquam grandioris adhuc super-  
est Leouardie.

### 9. Ioannes Basius.

**I**oannes Basius, Leouardie parentibus honestis  
natus, à teneris vnguiculis excellentis ingenij spe-  
cimen & frequens & certum, de se dedit: Primum  
Leouardie, deinde Harlemii Triuibus imbutus est. 1617  
Deinde Louanium & postea in Galliam se contulit,  
& Iurisprudentie Lauream consecutus, legendo, dis-  
putando, docendo, commentando existimationem e-  
gregiam sibi comparauit. Qua suffragante, quamquam  
extra patriam sapienter prouincias habet quamquam  
pœnitendas consequi potuisse, in patria tamen suis  
adesse maluit: Itaq; Leouardiam reuersus, nonen Ci-  
rix supremæ dedit, & in matriculam aduocatorum  
receptus est, vbi etiam ciuilibus causis actitandis lau-  
dem industrie non vulgarem consecutus est. Ingruen-  
tibus tandem sacris per Belgium factionibus, relicta  
patria, Delphos in Hollandia prospectus est, vbi ducta  
R. uxore

259 DE Scriptoribus FRISEA

Anno Christi 1590. uxore ciuitati à Secretis constitutus est, & hactenus  
st. ibi, nifallor, agit. Scripsit autem quæ nos hactenus per  
cipere potimus.

Paradoxarum disputationum Iuris ciuilis lib. 4.  
qui sunt excusi anno 1575.

10. Michaël ab Isselt.

Michaël ab Isselt Doccomij in Frisia natus, Pa-  
trem habuit clarissimum virum Dom. Ioan.  
Isseltiū medicū, qui cum Docco. vt & Leouar. postea  
medicinae praxin, publico urbis stipendio exercebat,  
ducta Doccomij uxore, Michaë hunc procreauit, qui  
quod Amorsuordiae educatus sit, vnde & pater ori-  
ginem duxit, ideo ab ignaris inter scriptores Hollandi-  
cos numeratur: Vn & eruditione & virtute incō-  
parabilis Non modo diuersarum linguarum, sed &  
artium liberalium & Philosophiae & Theologiae, sci-  
entia fretus con ionibus ad populum, & in scriptis  
apud eruditos omne fert punctum, cui Deus Opt. Max.  
vitam diuturnam concedat, vi ea via qua cœpit, tum  
calamo tum lingua Reipub. profit. Scripsit quæ excu-  
sa circumferuntur, Appèdicem Laurentij Surij, quæ  
supplementum id quo Surius Ioannem Nauclerū ad  
sua vsg, tempora expleuit ipse porrò ad memoriam  
suam producit.

Scripsit etiam bellum Coloniense : quod gestum  
est anno.

Tanstulit etiam Granatensis opera ex populari au-  
thoris lingua in latinum, quæ omnia possimum Co-  
lonia excusa sunt.

DEGAS

259  
AÑNO CHAI  
fti.

# DECAS DECIMA QVINTA

## I. Petrus Talpa.

Petrus Talpa Stellinus; vir vnde quaq; doctissimus Medicinæ Doctor absolutissimus, prædio dierum linguarum & genuinæ Philosophiæ, primus Senece, deinde Leouardie & tandem etiam alibi medicinam exerceuit, magno cum fructu & solatio agrotantum quibus curandis adhibitus fuit. Ductis ubique ex solido principijs, & petitis ex materia bene perspecta medicamentis: ideoq; vulgus midicorum rideat solet, qui à circumforaneis istis Pharmacopolie nihil differunt, qui non ratione sed experientia dure medicinam agant, & pharmacorum suorum vim ne iurati quidem expedire queant. Itaq; & librum aduersis Heroës istas scripsit: Cui titulum fecit hunc.

Petri Talpe Stellini Vicernio Empiricus, siue indetus medicus, per Dialogum.

Item scripsit exilium Empiricorū, breui Elegia Sa-tyrico sale condita descriptum.

Author, nifellor, adhuc viuit & Reip. operam strenuum in patria nauat.

1590:

## 2. Ioannes de Leouardia.

Ioannes de Leouardia Doctoř theol. ordinis S. Frācisci de obseruantia scipsit aliquot tractat. Theol.

De prouidentia Diuina.

In Hexaēmeron.

In Decalogen.

De Synagoga Iudaorum.

Anno Chri-

De Ecclesia Christi.

Accepi hunc authorem ante aliquot annos à superioribus suis missum esse in Indianam, ad conuertendos infideles, de cunctu huius profectionis nihil hactenus cognoui: Vnde puto authorem adhuc supersse:

## 3. Boëtius Epo Rordahusanus.

**B**oëtius Epo in Rordahusis, parentibus honestis natus: Sunt autem Rordahus pagus primarius in Territorio Idarderadeleo, vbi cum prima literarum Rudimenta percepisset, ad altiores Triuiales, & deinde porrò ad diuersas academias vicissim maioris cultus capiendo gratia se contulit. Philosophiae cursus Colonia absoluit, & artium lauream ibidem in Burssa Laurentiana meruit & accepit: Inde Suollis docendi Tirocinium fecit, vnde Louanium profectus, Homerum & Hesiodū, & alios gracos interpretatus est. Vnde & in Sabaudia aliquandiu se docendo exercuit in collegio apud Niceam: Visis deinde aliquot academijs Germanicis atq; Gallicis, & Iurisprudentiae suprema Laurea Tholosae decoratus, Lutetiae docuit, vnde in Belgium reuersus est. Et quo frumentum Reipub. vberiorem faceret, Louanijs se ad docendum composit: vbi cum ex auditoribus suis non mediocrem industria laudem consecutus esset, Legati Duacensium, qui Bruxellam nomine Vniuersitatis nouæ, quam Philippus Hispaniarum Rex illic erigebat anno 1562. conuenerant fama illius inflammati, eum inter primos Iuris Professores postularunt, & intercessione amicorum apud Antonium Perrenotum, Cardinalem Granuellanum, Viglium Zuchiem, & Joachimum Hopperum, quibus à Regia Maiestate

Majestate instruendae eius Vniuersitatis cura commissa erat, non difficulter impetravit: Itaq; Boëtius tunc in recenti ista academia professionem Iuris consecutus est: Quam ea diligentia & assiduitate tuitus est, ut ordinaria sua cessione pro communis Vniuersitatis consuetudine gradatim procedens ad primariam Iuris Canonici professionem ascenderit, in qua hodie non minori cum fructu quam laude versatur: emeritus nunc miles, & qui virtute sua obtinuit iura Comitis Palatini, quod paucis haec tenus contigit, ut in una professione viginti annorum circulo perseuerarent. Vixit adhuc Duaci, & Vniuersitatem suam, ut solet, non modo viua voce, sed & scriptis subinde publicandis ornat: Fuit hic sapius non modo ad Vniuersitates sed etiam ad Ciuitates ac Provincias diuer-  
sas, maximis stipendiis iniciatus, ob summam eius in decendo dexteritatem, & in consulendo prudentiam, sed opinor eum factionum acerbitate deterritum, quæ nostra memoria Belgium afflixerunt, sedem cognitam incognitiis, & otium literariorum Forensibus negotijs prætulisse: Quantam antiquitatum suppellectilem, quantam earundem cognitionem sibi conparauerit, ex prefatione dedicatoria patet, quam quarto Syntagma Antiquitat. Eccles. pra. misit: Vxorem duxit Insulensem, Mariam Cabyllau, honestissimis parentibus natam ex qua suscepit proles 12. quarum tres immatura morte obierunt, nouem haec tenus, nisi fallor, superstites, quatuor filiae, & filii quinque, quibus omnibus ut bonū parentem decet, de libe- rali institutione adhibenda sollicitus est, Scripsit mul- ta præclare quæ extant.

## DE SCRIPTORIBVS FRISIAE

Collegit atq; edidit Homer sentenias, quas & latinas fecit, excus. Louanij. 1555.

Scripsit Iurisprudentiam Ciceronianam.

Paratula, seu filium pandactarum,

Item antiquitatum Ecclesiasticarum Syntagma-  
ta & ad Sacrosanctos Patres patriæ Belgicos. Regem  
nempe Catholicum ac ordines vel status universos  
Belgij.

Item Antiq. Eccles. Syntagmata 5. ad S. D. N.  
Gregorium 13 Pontif. Max. Excus. Duaci in officina  
Ioannis Bogardi.

Orationem de honorum Academicorum titulis &  
insignibus, eorumq; origine, progressu, & legitimo usu,  
excus. Duaci an. 1564. typis Iacobi Bostardi.

Orationem de Rom. perfectaq; Iurisprudetiae fru-  
ebus genuinis excus. ibidem, ab eodem, anno eodem.

## 4. Sixtus à Popma.

**S**ixtus à Popma, Elosti nobilissima, & antiquissima  
familia Popmana natus. Patrem habuit virum e-  
gregium Ausonium à Popma, Matrem Imicā ab Het-  
tinga, fœminam omni virtutum genere, que cadere  
in mulieres possunt, ornatissimam nomen eius apicu-  
lam Frisica lingua sonat, quod si Græcè interpretari  
placeat, Melissam rectè dixeris; Illa certè nominis suo  
non male respondit, quæ in filijs suis, patriæ mel dulcis-  
simum colligere studuit: prudentissima fœmina defun-  
cto marito, cū quinq; filios superstites haberet Sixtū,  
Titum, Cyprianum, Ausonium & Renicum, ipsa se tu-  
tricē eorū fidelissimā fore rebus istis declarauit. Pri-  
mū enim in patria mox filijs erudiendis praeceptores  
optimos

optimos adhibuit: Quorum eruditio paulatim aucta  
 postquam ad grauiora capescenda vrgere cœpisset. Anno Chri-  
 sti.  
 Gruningam petijt, ubi tum Schole Rector erat Nico-  
 laus Naupagus, ubi solidioribus virtusq; lingue, & ar-  
 tium dicendi iactis fundamentis: Coloniam vna cum  
 illis profecta est, tum ut filij tranquilliis in studijs ver-  
 sarentur, nullis diffiultatibus impediti tum etiam ut  
 ipsa præsens morum curam in illis haberet, & rei fa-  
 miliari interim consulenteret. Ita cum filij morigeri pa-  
 renti prouide non grauatim obsequerentur, res opti-  
 me sucessit. Studiose enim in Burssa Laurentiana do-  
 ctissimos in Philosophia professores audiuerant. Do-  
 Magistrum Hugonem Tongensem & M. Ioannem  
 Bremarum, & in Mathematicis Theodorum Gramii  
 neū, & intra paucos annos sub his Preceptoribus ibi  
 is factus est profectus, vt ires filij seniores non modo  
 liber alium artū, suprema laurea decorarentur, sed  
 etiam scriptis editis inclarescerent, quartus etiā Bac-  
 calaureatum in artibus cōsequeretur, & non obscurā  
 spem optimè frugis de se daret: Publicato deinde Al-  
 bani edicto, relicta Colonia, Louanum vna cum filijs  
 concepsit, ubi illi se Iuris virtusq; studio dedentes cele-  
 berrimos professores Dom. Ioaniem Vamesium, Pe-  
 trum Perlum, Ioannem Ramum & ceteros diligen-  
 ter audierunt: Louani pia hac mater vna cum filijs  
 diutius mansura erat, nisi factionem peruersas  
 eam flagitanibus amicis, in patriam saluandis rebus  
 suis reuocasset: Itaq; Sextus, qui & fratrum nati  
 maximis, & familiae proinde columen futurus  
 erat, vtriusque Iuris Doctoratum Nola sumpsit,  
 ut & sibi & suis authoritate, maiori vero usui tum

**a**nno Chri*in priuatis tum in publicis negotijs esse posset. Quo pro-*  
*posito etiam hactenus, ni fallor, in patria versatur:*  
*Et quanquam politicis occupationibus abunde di-*  
*stringatur, rem literariam tamen nihil minus diligenter tractat: qua scripsisse eum hactenus compre-*  
*hac sunt.*

Eruit in lucem & ill stravit librum Cornelij  
**C**æl*si de arte dicendi, qui est excusus Coloniae anno*  
*1569.*

Scripsit etiam comment, in 4. lib. Inſtit. Imp. qua  
 tamen an hactenus excisa sint mihi non constat.

### 5. Titus à Popma.

**T**itus à Popma, Sixti stater quo cursu studium  
 suum compleuerit hic modo iam dclum est. Hic  
 in patriam reuersus hortatu amicorum anno 1586.  
 vxorem duxit Froucam Boythiemannam nobilissimj  
 viri Epj. Boythiemanni filiam, virginem animi corpo-  
 risq; dotibus insignem, quæ, prob. dolor, anno vix uno  
 integro elapso, maritum inexpectata morte reliquit.  
 Obiit Leouardie 28. Martij anno 1587. & sepulta est  
 in Husemo prepe Leouardiam an. statis sua vigesimo.  
 Scripsit autem Titus:

In ſphærum & prima Astronomicæ elementa, Ta-  
 bulas, figuris elegantissimis illustratas, excudit Co-  
 loniæ Theod. Gramm. anno 1569. in 4.

Scripsit & castigationi in ſuorum rationes in M.  
 T. Ciceronis Epif. famili. libros 16 quas una cum ipſis  
 Ciceronis Epif. excudit Autuerpiæ anno 1572. Ioan-  
 nes Bellerus.

Idem etiam Q. Asconij Pediani opera emendauit,  
 ac notis illustrauit, qua Coloniae excudit Ludovicus

Alex

Alectorius, anno 1578.

Anno Chik  
xi.Hic auctor infallor in patria adhuc viuit & in  
vsum Rei literariae plura meditatur.

## 6. Ausonius à Popma.

**A**usonius à Popma inter fratres Popmanos quarum  
natus singulari ingenio, nec minori industria,  
musas coluit, quam fratres ipsi, de quibus iam dictum est: Quorum emulazione ductus, non patitur se  
minus promptum illius videri ad rem literariam co-  
lendam: Et est profecto exempli per quam rari, &  
proinde cedro digni, in una eademque familia, qua-  
tuor Germanos fratres pariter ad tantum eruditio-  
nis culmen peruenisse, vi non modo inter mediocres  
sed plane inter coryphaeos eruditorum merito censeri  
possint, quorum scripta inuenientate edita ferè po-  
steritati non modo tempestuata atque matura, sed etiam  
frugifera & utilia videbuntur. Scripsit autem  
Ausonius cum alia nonnulla, que ad notitiam nostrā  
nondum peruererunt, tum etiam fragmenta M. Te-  
rentij Varrenis in lucem eruit ac reiensuit, & sua in  
eadem coniectanea doctissima adiecit.

Fragmenta Salsyram Menipppearum.

Logistoricorum.

Περιτολεῶ φιλοσοφίας lib. 2.

De Philosophia liber 1.

Excusa sunt hac Franekeræ apud Aegidium Ra-  
deum anno 1590.

Cypri ANVS

pupilla fular

truis frustula, piftia

clavis i. b. qm Vite

Bibliotheca  
Dodo Valli

## 7. Theodorus Canterus.

**T**heodorus Canterus, quo origine quibus paren-  
tibus, quo loco sit natus, cum supra in fratre eius  
Culielmo Cantero satis dictum sit, non opus est hic

R. S. rursum

Anno Chri rursus inculcare, studiorum cursus vtriq<sub>z</sub> pene par  
fuit, nam & hic perceptis in patria literarum princi-  
pys, amplioris cultus gratia, exteras academias vi-  
sitauit, vt & p. reginarum linguarum notitiam sibi  
compararet. In patriam reuersus uxorem duxit, egre-  
giam dormicellam Catharinam de Ziuard, quondam  
Vidua nobilissimi viri Iacobi de Nieurode, q uis absq<sub>z</sub>  
liberis decesserat, & ob rerum Ciuilium insignem pe-  
ritia, & incomparabilem prudentiam. Reip. gubern-  
aculis postulante patria admoueretur, & Ultraie-  
tine vrb<sub>s</sub> Consul constituitur: Et quanquam hoc qui  
dem munus, vt honorificum, ita etiam Ciuilium ne-  
gotiorum varietate arduum illi sit, qui non sua sed  
publica rem agit, tamē ille ne nunc quidē à literarijs  
occupatiōibus abstinere manū potest. Sed lampadem  
à fratre p. m. sibi traditam in familia Canteriana  
hāreditariam sua industria filijs suis vicissim per ma-  
nus tradat. Quod vt & facere, sicuti cœpit porro per-  
gat, etiam atq<sub>z</sub> etiam rogandus est: edidit autem cum  
annotationibus suis Arnobij opus.

1592.

Item eundem quam plurimis in locis à se restitu-  
tum & recognitum denuo edere statuit, quam primū  
Deus otium largitus erit.

Variorum etiam libros, duobus libris insuper ad-  
ditū recognouit. In Ammiano etiam Marcellino mul-  
ta restituit. Collegit etiam fragmenta omnia. quacun-  
que potuit reperire, Euripidis, Sophoclis, Aeschylī, &  
aliorum Poëtarum, vt Orphei, Musai, Empedoclis,  
Parmenidis & aliorum, quorum scr̄pt̄a iniuria tem-  
poris perierunt, breui editurus. Collegit etiam Græco-  
rum Comicoru n fragmenta omnia, maxima cum  
eura,

cura, nec non & Oracula Graca, imo ut verbo uno di  
cam, omnium Poëtarum fragmenta.

Habet & alia non pauca egregia præ manibus, vt  
sunt Commentaria ad Arnobium, Annotationes ad  
Clementem Alexandrinum.

Observationum aliquod libros, quibus Gracorum  
& Latinorū Patrū scripta illustrātur & emendātur.

Hæc de libris eius hactenus cognouimus, liberos  
autem ex uxore suscepit, & superstites sunt sex, tres  
filios, & tuidem filias, duos filij maiores natu Lam-  
bertus & Ioannes Romæ nunc sunt, & semper Iuri li-  
terisq; studuerunt, quorum maior iste Lambertus in-  
tra paucos ab hinc menses Patauij promotionem, vt  
vocant, accepit, & Doctoris titulo insignitus est, ad  
quem & Ioannes etiā sedulo cōtendit: Dignissimi tali  
parenti tales filij, qui mutua æmulatione accensi: cui  
iun decus familiae Cameriana, non modo conseruare,  
sed etiam augere conantur.

### 8. Gregorius Hopperus.

**G**regorius Hopperus, quamquam patria Louani-  
ensis, origine tamen Frisius est, & ob gratiā Maio-  
rum eius memoriam nobis inter scriptores nostrates  
cōmemorandus venit: Est enim parentibus Joachimo  
Hoppero & Christina Bertolsia natus. Fuit enim a-  
ius eius maternus amplissimus ille Gregorius Bertol-  
sius, primus Frisiae nostræ sub Carolo Quinto Praeses,  
de quo supra dictum est, fuit & pater eius amplissi-  
mus Joachimus Hopperus Frisius, & cuius etiam  
agnati & cognati in Frisia multi & conspicui super-  
sunt, ubi & prædia auta & paterna extat, vt sup. di-  
ximus in Joach. Hop. Greg. autem quā diu parentē  
habuit

**A**nno Christi habuit superstitem illius ductum secutus est, illo defuncto, eius vestigia presit. Itaque non modo Philosophiae V. I. & Historiarum sed & diuersarum linguarum Latinae, Graecae, Germanicae, Gallica Italicae, & Hispanicae cognitionem sibi comparauit, quarum Reip. usum prestare posset, quod & exemplo patris luculenter esse futurum equidem non dubito: Quantum autem in literis valiturus sit, si per grauiores occupationes illi hanc Spartham ornare vacabit, duabus iam doctissimis suis praefationibus abunde declarauit, quas paternis lucubrationibus premisit, quartum altera est in Paraphrasin Psalmorum, altera est in Sedeuardum sive Iurisprudentiam: In quibus declarauit propositum & consilium Patris, tam erudite & solide, ut videatur parenti ista scribentia a Consilijs fuisse, & operibus hisce spiritu suo genium ingenerasse, quo sustentari & vigere in eternum possunt: Quod quidem consequatur regandus Deus est.

### 9. Gregorius Tegnagel.

**G**regorius Tegnagel, cum Gregorij Hopperi Con-sobrinus sit, cognationis & affinitatis ratione scrip-toribus nostris tribus adnumeratus est. Tu etiam ut co-munis eorum aui Materni Greg. Bertol. descriptio, qua supra posuimus, plenius intelligatur: Natus est autem hic Gregorius patre amplissimo viro, & clarissimo Iu-recvulto, Dom. D. Regnero Tegnagelio. Qui vt maiorum stemmate domini nobilissimus, ita etiam diuturna Iuris professione celeberrimus, in vniuersitate Louaniensi fuit: Matrem habuit Margaritam Praesidis Bertolsi filiam: Quam diu ergo parens in viuis fuit, Gregorius in patria sua Louanijs omnium literarum,

& artium genere felicissime institutus est: Eo vita de functo vna cum Iоachimo Hoppero iu Hispaniа prefectus est, in cuius familia per aliquot annos egit. Interimq; & ciuilium rerum, & linguarum cognitionem uberrimam, & supremam V.I. Lauream sibi cōparauit. Hoppero in Hispania moriо, Gregorius vna cum eius Vidua, mater terra sua, eiusq; liberis in Germaniam reuersus est: Antequam tamen in Belgium descendeleret, speciali mandato Regis, à quo & stipendium habuit, vna cum amicis Hopperianis aliquando Coloniae substituit, vbi & publicè in aula consistorie li iudicando, & priuatim consultando, & cōmentando, in virumq; euentum se parauit, siue ad Ciuios, siue ad literarias functiones ipsum prouidentia diuina destinaret: In his occupatum Rex Hispaniarum suo nomine in supremum Cameræ Imperialis Senatum cooptauit: Vbi hactenus assessor inter collegas suos gratissimus officium facit: Scripsit autem de quibus nobis quidem hactenus constat,

Methodicā totius iuris tractationem, in qua actio-  
num fontes diligentissima industria aperit & ob oculos ponit.

Authenticas etiam constitutiones in commode-  
rem ordinem reduxit: Qua tamen an hactenus in lu-  
cem editæ sunt, equidem non comperti: Viuit adhuc  
assessor Cameræ Imp. Spira.

### 10. Gellius Ilstanus.

**G**Ellius Elostanus Ilstæ siue Elosti honestis Paren-  
 -tibus natus, à prima pueritia literis humaniori-  
 bus tribusq; linguis sacris fideliter imbutus Theologia  
 studium mature suscepit, & affectu pietatis, quo plus  
 fixatus

Anno Chri fructus in Ecclesia ficeret, in hospitali prope S necam  
 qui mons S. Ioan. dictus est, ordinem Ioannitarum pro-  
 fessus est, ubi & sacris gradatim iniciatus, concionan-  
 dose diligentissime exercevit: in quo cum uberrimum  
 fructum ficeret, animos populi mirum in modum  
 sibi deuinctos habuit: itaq; lute patronatus conuentus  
 sui diuersis Ecclesiis, ut Oppealiusane Bolsuardiane,  
 & S necana vicissim Pastor requisius & prefectus  
 tandemq; in Hospitali suo antistiti defuncto, commen-  
 dator omnium Conuentualium communibus suffra-  
 gij suffectus est. Vnde cum non multo post ingruenti-  
 bus factionum motibus decederet, Coloniam se contu-  
 lit, inde Gruningam petiit, vnde tandem Pastor &  
 & Commissarius in Baslo constitutus est, qui pagus est  
 non obscurus in terra Gruningana, inde etiam ele-  
 ctus est Commendator in VVituert: Scripsit hic tra-  
 ctatus aliquot in Theologia, quorum non satis memi-  
 ni, nec satis scio an editi sint nec ne. Scripsit etiam qui  
 penes me est, ex traditione p.m clarissimi ac nobilissi-  
 mi viri ac Dom. D. Ioannis à Rhorda, tractatum ci-  
 uitatum omnium frisiae, praterquam Leouardiae: Quē  
 scripsit in usum amplissimi viri ac Reuerendiss. Do. Geor-  
 gij Bruni Decani ad S. Mariā ad Gradus Coloniae, &  
 ibidem Canonici ad S. Georgium: Quo ille Theairū  
 suum hac in parte loco upletaret, quod in omnibus inpro-  
 uinciarum perpetuam utilitatem non dicendis Vigilijs ac sumptibus componit, fide rerum gestarum pe-  
 titia ab ijs qui testes oculati sunt, & earum veritatē  
 solidam subministrare queunt.

271  
Anno Ch.  
a.

# DECAS DECIMASEXTA

## 1. Pomponius Ellama.

**P**omponius Ellama vir omnium virtutum ac literarum genere instructissimus scripsit nonnulla etiam alia ut ex Gulielmo Cantero Louanijs olim intellexi, & Fel. ni Sandai opera omnia in unum collegit, & in ordinem rededit, & ubi luxa: a erant, restituit atque emendauit, ita ut edita sunt Basilea apud Episcopium ubi hic author hodie sit si Basilea non sit, e quidem nihil habeo certi, vita defunctum haclenus non audiui.

1592.

## 2. Rembertus Horeus.

**R**embertus Horeus Friesius, scripsit ad Nicolaum Vigelium literas, quibus indicat se fuisse occupatum Iure Civili in Methodu redigendo, sed propter occupationes eam curam omisisse, donec plus orij suppetat: Literae scriptae sunt Lugdani Batavorum nona Martij anno 1576 & excusae sunt Francoordiae ad mensem, vna cum Forensi praxi, eiusdem Vigelij, anno Domini 1579. An igitur interea temporis Horeus ea ediderit, que cudit, mihi quidem haclenus incertum est.

1562.

## 3. Fredericus ab Inthiema.

**F**EICO siue Fredericus ab Inthiema in Coude-mo Geesterlandia Pago prope Hemelis natus est: Patrem habuit Regnerum, cuius pater Tiberius, cuius Pater Theodardus, cuius pater Regnerus ab Inthiema fuit. Maiorum sedes Vorcomij fuit

Anno Chri- fuit ybi annus Fredericus arcem habuit munitissimam.

Tophis extructam, que in hiemana vocabatur, & sub initium Caroli Quinti, belli vicissitudine euersa est. Matrem habuit Sibyllam ab Hancama, cuius pater Scholterus, uis pater Ioannes ab Han kama arem habuit in Scarlis: Et militari manu exercitum quem ea tempestate nigrum appellabant, magno cum patriæ commodo cecidit ac prestigavit. His parentibus natus Fredericus, etiamnum infans literarum studia amauit. Et quia una cum etate hic etiam affectus in illo augebatur, multoties a parentibus, qui re rusticam exercebat, verberibus contusus est, quod a stiua se ad sc. holas subduxisset: Vicit tamen ad extremum patientia & constantia filij parentum suorum propositum. Qui quamuis agre, suppeditarunt tamen sumptius tandem sustentandis eius studijs: Ita que sublato metu liber induxit genio suo, & magna felicitate in omni literarum genere versatus est, in quibus & excelluit: Sumpta tandem Louanijs V. Iuris Lat. rea in patriam reuersus Vorconij aliquandiu, eausis Ciulibus in foro patrocinium prostitit, & tandem Consulatum urbis gesit. Unde maioris frustis gratia Leovardiam se contulit, & in matriculam Aduocatorum adscriptus in suprema prouincia Curia Aduocatum aliquandiu egit, ubi & uxorem duxit Margaritam ab Heslinga, ex qua iam sex liberos superstites habet Orto deinde factiosorum disdio, relict a patria in Hollandiam contendit, indeque tandem Lyram in Frisiam Occidentalem concessit, ad illustrissimum Ioannem Comitem Emdanum Idardifratrem, cui haecenus, in fallor, a consilijs est:

Scripsit hic Fredericus de quibus mihi quidem ha-  
ctenus constare potuit.

Anno Chir.  
81.

Tres libros de malorum Regum gubernatione: sed  
an hi sunt excusi non comperi.

Scripsit etiam Quærelam Batauorum, quam ex-  
cusam scimus, sed nundum vidimus.

Scripsit etiam carmen de Natiuitate, Sepultura,  
& Resurrectione Christi.

Consiliorum Iuris opus grande iam diu prelo de-  
stinuit, quod an iam excusum sit, nondum percipe  
re potui.

Dignissimus erat hic Author, cui & vita diutur-  
na, & prosperior fortuna contingeret, ob summum  
& præstantissimum ipsius ingenium, ad omnia acci-  
modatum, qui in literis cum summa laude quiduis  
potuisset, nisi iustis impedimentis retardatus esset.

#### 4. VVilco Holdingerus ab Eytsyngh.

**V**Vilco Holdingerus ab Eytsyngh. vir anti-  
qua & primaria nobilitatis, eruditioñis &  
integritatis singularis, paternum genus er Holdinga-  
na; maternum ex Eytsingana familia dicit, patrem  
habuit amplissimum virum Dom. Boetium ab Hol-  
dinga, de quo supra dictum est. Matrem habuit egre-  
giam matronam Dom. Hackiam ab Eytsingha, no-  
biliſimi viri Feiconis ab Eytsinga filiam: Hic iactis  
in patria liberalium artium, & virtuſq; lingue fun-  
damentis, Louanium à parentibus amplioris cultus  
ergo missus est: in qua vniuersitate cum per aliquot  
annos versatus; omni literarum, ac virtutum genere

S inſi-

Anno Chri-  
st. insigniter exultus esset, in patriam ad parentes reu-  
catus est, ut his quibus ipse vnicus hæres erat, dum vi-  
uerent solatio esset. Itaq; ille tum vxorem duxit præ-  
stantissimam virginam Harengam à Rhorda nobilis-  
simi amplissimq; viri Georgij à Rhorda filiam, ex  
qua liberos aliquot suscepit. Interim vero quantum  
publicis priuatissq; negotijs otij supererat id omne  
studij impendebat. Cum autem sacrae factiones que-  
rem in patria turbare inciperent, Emdamq; pater  
eius tranquillitat is erga concederet, ipse pietatis gra-  
tia parentem cum familia sua eodem consecutus est.  
Quo tandem defuncto in patriam reuersus est, vbi, ni  
fallor, hactenus superest, & vt antea ita nunc etiam  
studij literarum impendit, quicquid priuatis publi-  
cisq; negotijs superest. Maxime autem ijs studijs de-  
lectatur quæ in venatione, aucupio & pisticione con-  
sistunt, & virum nobilem maxime decent: itaq; tan-  
tum opera iam in his posuit, vt multa sint in scriptis  
eius, vbi in lucē prodierint eruditii reperturi, quæ a-  
pud alios consimilium rerum scriptores, hactenus non  
inueniantur. Scripsit autem quæ ad notitiam nostrā  
peruenerunt.

Historiam rapacium avium libris decem: Cuius  
lectione nos Emdæ aliquando magnopere delectati  
sumus.

Item de auibus domesticis & earum cognati-

De quadrupedibus, eiusdem forma.

De equorum etiam Physiognomia, librum v-  
num.

Item alterum de equini corporis fabrica.

Item

DECAS DECIMASEXTA

274

Anno Chal.

stii.

Item librum vnum de venatione & canibus.

Item de auibus aquatilibus maxime Frisiæ familiariibus.

Item de Gallinulis palustribus.

In his & alijs perpoliendis vir optimus diligenter versatur & omnime rogandus est, vt absoluat quod cepit, & ad honorem patriæ, & ad communem Reip. vsum benigne in lucem edat.

Liberos aliquot ex vxore sua sustulit, vt supra diximus, inter quos & filium Feionen: qui autem materni nomen referebat, & paternis vestigijs ita infestebat, vt patriæ nostræ singulare columen eum fuisse futurum, si etas suppetisset, nulli dubium esset. Eum igitur dum pater suus utriusque lingua & Philosophia cognitione imbutum legalis studij ergo Erphordiam adduxisset, optimus adolescentis cum summo totius istius Academiae mœrore vita defunctus est: Cui Nemiam funebrem cicinit doctissimus prudensissimusq; vir M. Antonius Mokerus ibide viriusq; linguae professor publicus: Quod ob elegantiam & istius universitatis iucundam recordationem in qua & nos etiam utramq; linguam aliquando professi sumus, tum etiam ob familiaritatem & veterem amicitiam quæ mihi cum defuncti adolescentis patre contigit, ad perpetuam rei memoriam hic subiiciam.

Tempora Phœbe veni querula redimite cupresso

Velatus pulla non sine veste veni:

Et vos Pierides Heliconia turbas orores,

Ac magni proles patris adeste Iouis.

Anno Chri Humeçtate genas, lachymarum rore cadente.  
stt

Plangite luctifona pectora vestra manu:  
Promite nunc elegos lachrymis & quælibus aptos,  
Tristia lugentis fila mouete Lyra.  
Hausit enim vestris: qui fontibus ore liquores:  
Pectus & his pauit, vester alumnus obit:  
Est pairia Frisius, Feico vocitatur ab Holdingh.  
De Eytzinga, Senij mortuus ante dies:  
Stemmate nobilium generoso clarus auorum,  
Tam pariter matris, quam ratione patris:  
Imberbis iuuenis, qui vix in flore iuuentæ  
Annorum vixit tempora quinq, quater:  
Eduxit primis hunc vrbs Leouardia ab annis  
Totius est Frisiae, quæ quasi forte caput:  
Et patris in pago sedes huic nobilis, extra  
Vrbem doctrine semina prima dedit:  
A patre præfectus quia eum priuatus ibidem.  
Præceptor rexit, flexit & arte sua:  
Præterea studuit, Cliuensis in vrbe Ducatus  
Artibus ingenuis moribus atq, bonis:  
Lugdunum (celebris Batavorum Academia doctis  
Est vbi plena viris) postea missus erat:  
Est Thuringorum tandem quoq, ductus in urbem  
A Patre, quam lambens Annis Hierarigat.  
Erfordensis vbi vetus est academia, Iuris  
In qua Doctores audiunt ipse frequens:  
Ocia, luxuriam vitavit, Palladis hostes:  
Tranquillè vixit, pacificusq, fuit:  
Ingeniosus erat, Iuris studiosus & omnis  
Virtutis pariter sicut & artis amans:

Mori-

D E C A S D E C I M A S E X T A

*Moribus ornatus pulchris, sine fraude, modestus.*

277

Anno Christi  
MDCCLXII

*Ingenua vita simplicitate probus:*

*Sumptibus hue missis, studuit frugaliter vti:*

*Esse nephas patrias perdere nouit opes:*

*Clara sequens solidè docti vestigia patris*

*Quotidie cupidus discere mulia fuit:*

*Vt medicas artes pater atq; Mathemata nouit:*

*Sic gnato leges discere cura fuit.*

*Vt pater ornauit propria virtute vetustum*

*Stemma, ornatus sic quoq; gnatus erat:*

*Produxisset ei Lachesis si stamina vita,*

*Nam suiens arsit laudis amore bona*

*A qua terreri fortunæ noluit ullis*

*Casibus, vt probat hoc symbolon eius idem.*

*Rebus in aduersis constans patientia victrix,*

*Fortunæ mei uit non mala, damna, minas.*

*Ergo quoq; ad Gallos, procul hinc Italosue remotos,*

*Ob linguam & studium Iuris iturus erat,*

*Impediit cursum sed inevitabile fatum,*

*Quod manus ipsa, regit distribuitq; Dei:*

*Inuida variolis aegrum quia corpore toto.*

*Suffocauit eum mors, rapuitq; manu:*

*Non deerant medici non cura, refectione, verum*

*Tollere vim fati non medicina potest:*

*Est hæc personis in adultis iuncta periculo*

*Vita, variolos que parit atra lues:*

*Infantes, pueri, iuuenes hoc tempore multi*

*Hoc morbo multis interiere locis:*

*Hoc olim morbo fratrem quoq; dixit ini. psa*

*Flore iuuentutis succubuisse suum:*

Anno Chri Sub manibus superum placide succumbere morte  
 Præstat in humanas quam cœcidisse manus:  
 Terguo Phœbe genas, lachrimas & siste cadentes.  
 Desine defuncti tristia fata queri:  
 Namq, licet mestis fatis concesserit, eius  
 Semper honesta tamen fama superstes erit:  
 Viuit enim virtus & cunctos durat in annos  
 Non in eam quicquam mors fera juris habet:  
 Vos Musæ tumulo suaves inspargite flores.  
 Narcissum, Violas, Lilia pulchra, Rosas:  
 Spargite purpureos amaranthos ac hyacinthos:  
 Spargite vim grati quicquid odoris habet.  
 Suauiter Hesperidum sic ex fragrantibus hortis  
 Ipsius cineri dona suprema date:  
 Sistentes lachimas, sit alumni dicite nostri  
 Pax animæ requies perpetuq, salus:  
 Adq, sepulturæ loca Saxeæ, distichon, annum  
 Mortis habens, sculptis tale locate notis:  
 Nobilis hic Frisius Feio requiescit ab Holdingh  
 De Eysingha, cuius leniter ossa cubent.

### 5. D. Ioannes Vilhelmus Velsius Medicus.

**D.** Ioannes Vilhelmus Velsius, honestissimus & antiqua propagine ciuibus Leouardia natus, vir singulari ingenio præditus, industria sua ad summum eruditio[n]is culmen peruenit, de quo satius est tacere, quā pauca dicere. Ille in iuuentute sua diversis fortune procellis agitatus est, quæ tameisivel fortissimū quēq, percellere potuissent, illum tamen à studijs liberalibus alienare non potuerunt. Itaque & trium lingua-

rum

rum egregiam cognitionem, & artium liberalium ac Medicinæ peritiam incomparabilem adeptus est, nec futilem operam Iurisprudentia ac Theologie nauauit. Medicinam professionem suam fecit, postulante patria Rectoratum schole pub. Leouardianæ aliquando suscipere grauatus non est, quo munere ita functus est, vt ex eius schola tanquam ex equo Troiano vberum prodierint iuueues doctissimi, & qui nunc diuersis locis Reipub. gubernacula tenent, postulante itidē patria Consulatum Vrbis Leouardiana aliquando gesit, eaq; equitate atque prudentia Ciuitatem gubernauit, vt inter subditos summa trāquillitas, firma quē pax esset. Postulante demum egrotantium frequentia cum omnibus munib; simul fungi non posset; Medicina se totum dedidit, quo maiori cum fructu laborantibus succurreret. Scripsit ille que cognoui.

In Mathematicis obseruationes Astronomicas & Geometricas.

Item Biothanatorum aliquot centurias:

Multa scripsit ad Regulam Algebraicam quam eos vocant.

Item lineam Geometricarum noua forma congesit: multa etiā poëmat a doctissima, & alia que ut cum posteritate communicet obnixe rogandus est.

### 6. D. Ioannes Fungerus.

**O**ptimo doctiss: moq; præceptor, doctissimus, opimusq; discipulus proxime subiungendus est Dō. D. Ioan. Fungerus V.I.C. & Leouard. scholæ Rector vigilans: mus, quē ignores maiori felicitate in ingenio vigore an in præceptorū excellentia fuisse iudicare debeas, nā cū ingenii prōptū & alacre & ad quāuis

Anno Chri- disciplinam habile contigerit, tum etiam tres vicissim  
m. praeceptores nactus est, egregie doctos, & gubernan-  
da instruendæq; iuuentutis, artifices nunquam satis  
laudatos, horum primus ille qui vita author, idem &  
studij formator fuit, pater suus Dom. M. Fungerus  
Ioannes, qui scholæ Leouardiana Rector diu cū laude  
summa fuit: Eum exceptit insignis formandæ iuuentu-  
tis phœnix Dom. M. Vibius, Andras Hellarius: Quem  
secutus est, ille de quo supra locuti sumus, Dom. Do-  
ctor Velsius: His igitur præceptoribus vsus tanquam  
fertilis ager, industrijs cultoribus accendentibus, vbe-  
rem virtutis & eruditioris fructum protulit, qui nūc  
in Republicam literariam redundat: Postquam au-  
tem Leouardie rudem accepisset, Louanium petiuit,  
ac se toto peccore iuri studio applicuit: Rebus autem  
ob communes Belgij factiones, Louanijs labascen-  
tibus, Coloniam profectus est, ubi cum aliquamdiu sub-  
stitisset, vniuersitates aliquot Germania ac Gallia vi-  
sitavit, & sumpta suprema iuris Laurea in patriam  
reuersus est, ubi non multo post uxorem duxit, filiam  
quondam Rectoris sui M. Vibij supradicti, & paulo  
post Bolsuardiana scholæ Rector præfectus est, vnde  
tandem reuocatus Leonard. scholæ gubernacula sus-  
cepit, quæ haetenus non minori laude, quam rei lite-  
raria fructu tenet, potuit ille (quod mibi abunde con-  
stat) luculentas prouincias extra patriam consequi, si  
voluisse, potuit etiā officia politica non contemnenda  
consequi: sed ille & politica literarijs, & externa pa-  
trijs, ductam genij sui secutus postposuit, quo sparthā  
quam nactus est egregie oruet. Itaq; trium linguarū  
sacrarum præsidio, & Philosophia totiusq; Encyclo-  
pedie

pædia adminiculo commissam sibi iuuentutem fideli-  
ter instituit & efficaciter, expolit, & ad maiores quas  
vocant facultates in quibus ille haud oscit anter ver-  
satus est, excusat, prout cuiusq; ingenii, vel huc vel  
illuc magis propendere videt. Scripta eius quæ ad no-  
stram notitiam hactenus peruererunt hæc sunt.

De puerorum disciplina & recta institutione liber  
vnuſ.

Syluae carminum, in quo varia Epigrammata con-  
tinentur, liber vnuſ.

Noua prouerbiorum farrago ex Gracis & Latini-  
nis authoribus collecta.

Sylloge sacrorum carminum in qua continentur  
Messiados libri 4.

Hymnus in laudem Trinitatis & Graeca parene-  
sis: Quos libros omnes tum Planinus, tum Raphelin  
gius typis subiecit, Antuerpiæ.

Plura interim cudit, neq; desinit tum voce tū scri-  
pto Repub literariam promouere: quod ut & diu  
facere possit ardoribus votis orandus Deus est.

## 7. Doctor Henricus à Bra.

**D**OCTOR Henricus à Bra, medicus nostra etate nul-  
li secundus, Doccomij anno Domini 1555 die 25.  
Septembris natus est: Pater illi fuit D. Lubbertus à  
Bra, qui multos annos in Repub. Doccomensi Medi-  
cinam egit, honestissimo loco apud Frisios Orienta-  
les natus. Mater illi fuit Anna ex nobili & multi ce-  
lebrifamilia à Besten in Comitatu Benthemensi pro-  
gnata. Puer admodum in patria primum sub Schol-

Anno Christeti Scotensi, ac deinde Nordæ sub doctore Nicolaë  
st.

Naupego, & Ludouico Pottero primæ literaturæ fun-  
damenta iecit & absoluuit. Postea ad vberiorem inge-  
nij cultum capiendum (destinauerat eum pater suus  
literis ac præcipue arti Medicinæ, ad quā & ipse na-  
tura quadam inclinatione propendebat:) Colonia m-  
primum ablegatus est, Medicina tunc tēporis istic Pro-  
fessore Ludouico Cispæano Hannonio: Bienniū istic cō-  
moratus, mortuo interea patre Viennā Austriae profe-  
ctus est, vsus in re medica clariss. viris Ioan. Aickhol-  
tio & Beniaminum Lybscuth præceptoribus. Inde annis  
tribus elapsis Basileam se contulit: Profiebantur Me-  
decinā istic tunc tēporis clariss viri, Theodorus Zuin-  
gerus, Felix Platterus, Henric, Pantaleon, & Nicol.  
Sthephanus omnes celebres viri: Non diu propter pri-  
uata quedam uegotia sua & mortem patris potuit  
istic subsistere, sed renocatus in patriā medicinā ibi fe-  
cit menses aliquot: & tandem cū iam esset paulo ma-  
turior atas, in Ital. excurrit, annū integrū Romæ ma-  
gnū illum medicum Alexandrum Traianum Petro-  
nium ad praxin medicā secutus est, pub. vsus præcep-  
tore & professore Petro Crispo: Roma rediens, cū pro-  
pter pestē illam que totā fere Italia an. 77. & 78. po-  
pulabatur, non licet ulterius Neapolin & in Sciliā  
progredi Senensem, Florentinam, Ferrariensem, no-  
biles Italiae academias obiter salutauit. Bononia ali-  
quandiu substituit Paduanam academiam propter pe-  
stem videre non licuit: Ex Italia cum fere biennium  
absumptum esset, redux. Galliæ Academias aliquot  
Parisensem præcipue perlustrauit. Montispesulanam  
quam maxime videre cupiebat, quo minus adire po-  
tuerit

tuerit obſtiterunt bellici tumultus, qui tunc per Gal- <sup>anno Chri-</sup>  
 liam pullulabant, vnde factum eſt, vt Geuenæ per mē  
 ſes aliquot ſubſtituerit, vt ſe non nihil ex diurna pere  
 grinatione colligeret, priuſquam Basileā pergeret ad  
 ſumendum illic doctoratus titulum. Quod & fecit an.  
 1580. mense Decembri etatis ſue 25. Teleſta ſeu deſi-  
 gnatore vſu ſummo viro Thedoro Zuingero Philo-  
 ſopho & Medico celeberrimo ſub Rectoratu magni-  
 fici viri Basilij Amorbachij I.C. & Decurionatu me-  
 dico Ioannis Bauchini Medici: In Frisiam reuersus,  
 Leouardia primum biennium fere Medicinam fecit.  
 Inde Cāpos celeberrimum Transiſulanæ prouincia op-  
 pidum publico ſtipendio ad faciendam Medicinam  
 euocatus eſt: Elapſo octennio, cum patriæ amore du-  
 ceretur & crebris amicorum literis inuitaretur, ope-  
 ram ſuam patriæ, Doccomensi Republica publico  
 ſtipendio addixit, in qua nunc medicus viuit, annos na-  
 tus necdūm trigesima septem. Scripsit autem quæ nos  
 quidem hactenus cngnoscere potuimus.

Libellum de Medicinis simplicibus & facile pa-  
 rabilibus excus. Franckena apud A Egidium Raden  
 anno 1559.

Libellum de Medicinis simplicibus & paratuſa-  
 cilibus ad lēterum & Hydropem excus. Lugduni Ba-  
 tauorum anno 1590 apud Parth.

Habet complures eius generis libellos pre mani-  
 bus ad diuersi generis morbos Pleuritidem, Colicam,  
 Lumbricos, alii omnis generis proſluvia, vēnena, &  
 ſimilia, qui Deo volente edentur propediem.

Eſt quoq; apud hunc deſcriptio ſtragiſ Doccomiana  
 anno 1572 facta. Itē deſcriptio febris popularis, qua

annis

**A**nno Chri<sup>t</sup>i annis 81. & 82. in Frisia nostra aliquot hominum milia absumpit. Huic adiungentur questio[n]es aliquot medicae, & earundem resolutiones de febribus: Quod ut Author vita suppetente praestare queat, Deus rogan dus est. Hunc authorem relicto Doccomio, Capos remigrasse dum h[ec] scriberem intellexi.

8. D.Hieronymius Verrutius.

**D**. Hieronymus *Verrutius* V. I. Consultus Gruniganus, quantus in literis futurus esset in ipsis penne crepundijs declarauit, qui ingenij præstantia suos aequales semper longo interuallo superauit: adeo quidem, vt anno etatis sue vndecimo & duodecimo, de qualibet Thesi pub. seu viua voce seu scripto non sine admiratione multorū ipsiusq[ue] adeo Prædinij declinaret. Quoslibet autores Græcos eadem etate cum iudicio euolueret, de arte medica, (quod studium illius temporis in primis arridebat) ex ipsis medicina fontibus nō inepte differere, Historiarum mediocrem & quidem supra illam etatem cognitionem haberet. Adeo quidem vt pater illum in rude in Triuiali scho[lo] donatu anno etatis 14. cogitaret per agrè in academiā ablegare: Quare anno etatis 15. eum Lutetiā misit, Turnebo, Aurato, Ramo quibuscum illi magna amicitia intercessit peculiariter propter infirmam etatem commendatum: Sed eodem anno qui fuit 1561. salutis propter recrudescencia bella ciuilia à morte Francisci 2. Regis Henrici filij excedere coactus substituit Atrebati primum, tum Tornaci ante erectam Academiam Duacenam, ad Gallicum idioma addicendum. Anno 1562. Duacum in nouam academiam se contulit. Sub initium anni 63. Patrii iussu Louaniū venit

viuit. Ibiq<sub>3</sub> relicto medicina studio, prima Iurispru- Anno Chri-  
dentiæ fundamenta iecit, sub Leonino, Peckio, Tegna  
gelio, Vanderano, Ramo &c. Ibidemq<sub>3</sub> luctuosum nū  
cium de obitu patris accepit, itaq<sub>3</sub> cum ibidem duobus  
annis & dimidio operam Iuris studio nauasset, rediit  
in Gallias, & Biturigibus sub doctissimis antecessori-  
bus Iacobo Cuiaceo, Ant. Contio, Hugone Donello,  
& Ludouico Russardo, atq<sub>3</sub> etiam Hotomanno, qui  
Cuiaceo Taurinum euocato successit, ad triennium  
fere eadem studia continuauit, & primum licentia,  
deinde interiecto spatio semestri supremum gra-  
dum ibidem post publica & solemnia certamina ac-  
cepit. Inde Italianam Romanam vsg<sub>3</sub> per agrata Basileam  
primo, tum Spiram venit, ibiq<sub>3</sub> ad aliquot tempus he-  
sit vsus Forensis, praxisq<sub>3</sub> Iuridica cognoscenda gra-  
tia. Post academias Saxonicas, Rostochium in pri-  
mis, & Hafniam Dania inuisit, ubi illi satis ampla  
conditio ( vi res illic sunt ) oblata, displicuit ob iustas  
causas, & maxime ob longiusculum à patria inter-  
uallum. Anno itaque 1571. tertio in Galliam abiit, fu-  
giens nimirnm pericula, & fastidia ciuilium bello-  
rum per Belgium recrudescentium, & Lutetiae par-  
tim extraordinarie subcesiuis horis publicè docen-  
do prælegendoq<sub>3</sub> frequentissimo auditorio varios iu-  
ris tractatus. Ut titulu verborū de significationibus,  
de acquirenda possessione, de usuris, de iure accrescē-  
di &c, partim consulendo & Theoria Iuris praxin  
applicando sesqui aenum triuit: Tandem anno 1573.  
in Frisiā reuersus vxorem duxit Augustam Petreā  
de qua diximus supra in genealogia Petri Auca-  
mani ubi hæc Auskia dicitur, ex qua sex liberos susce-  
pit,

Anno Chri-  
sti. pit quorum tres etiamnum superstites sunt: Non mul-  
to post autem D. Verrutius noster ab ordinibus Frisia  
inter Amysin & Lauricam fluvios sita, luculento st-  
pendio vocatus fuit, in locum Doctoris Petri Zili, qui  
in eodem officio successerat D. Aggeo Albade: in quo  
dum versatur, contentiones illi mox cum potentibus  
aduersarijs acciderunt ob priuilegia patriæ, tandemq;  
etiam cum factiosis ob Religionis discrepaniam: Qui  
bus acerbius vrgentibus relict a patria, Leouardiam  
reuersus est, anno 1580. id quod ipsi tamen magna tu-  
re ifamiliaris tum studiorum iactura stetit, propter di-  
reptam Bibliothecam & alia bona plurima: Annus de-  
inde 1592. illi longè funestissimus accidit, cum in le-  
gatione publica absens Antuerpiæ nuncium tristissi-  
mum de dulcissimæ vxoris, quam saluam sanamq;  
reliquerat domi, obitu accepit: Exinde septenium totū  
in viduitate transegit, anno autem 1589. secundam  
vxorem duxit, honestissimam puellam; & tum corpo-  
ris tum animi dotibus insignem, cuius mihi nomen ha-  
ctenus non innotuit: Toto autem exiliij tempore priua-  
tus vixit, sui ipsius iuris, nemini obstrictus, nisi quod  
ad consilia nonnunquam vocatus patriæ cōmuni, quic-  
quid in ipso est, non deneget sine ullo quæstu & sala-  
rio ad ampla munera aliquoties cum in Belgio tum  
alibi inuitatus, se semper excusauit in hisce rerum ci-  
uilium fluctibus libertatem & quietem lucro atq;  
rei familiaris incremento anteponens: Scripsit quæ ha-  
ctenus comperti.

Lexicon illud iuris quod sub ipsius nomine vul-  
gatum est, sed per Typographum qui partum immatu-  
rum absente & ignorante authore publicauit, quem  
inte-

## DECAS DECIMASEXTA

287

Anno Ckii

integrum conseruare ad redditum ipsius debuerat, qui extreham manum illi nondum addiderat, sed habebat quamplurima, imo alterum tantum quod eidem operi ante editionem adiçere decreuerat. Hoc igitur auctario opus locupletabitur, & tu aliud planè opus censebitur, meliusq; feret lucem & Doctorum censuram atq; iudicia.

Eidem operi adiçere studuit commentarium luceleum init. ff. de verborum que ad ius pertinent significationibus.

Commentatus est etiam in tres posteriores libros Codicis.

Item in tit. ff. ad municipalem cum decem titulis sequentibus.

Notas etiam ad Plinij naturalem Historiam.

Item ad Pomponium Mel. tanquam specilegia quedam, post alios qui doctissimè in his expurgandis interpretandisq; versati sunt conscripsit, qua cum primum per inuiriam temporum, licebit in usum rei literariae publicabit, quod faxit Deus.

1592.

### 9. Hector à Ielgersma.

Hector à Ielgersma, parente nobili viro & iuridico Territorij Achtcarsperani natus est in pago, cui nomen est Augustinusga: Hic ab ipsis incunabulis liberaliter educatus & institutus, Louanium adolescens mittitur: Vbi ob summam ingenij & eruditionis admirationē multis magnatibus & præcipue Viglio Zuich. quem & sanguinis vinculo contingebat gratissimus fuit: In astron. & geomet. plurimum operæ collocauit, in quibus etiam industrie sua specimen tam

Anno Chri tam illustre edidit, vt inter disciplinæ Mathematicæ  
cultores, locum primum facile obtenturus sit , modo  
tempus & otium illi largiatur Deus . Patri defuncto  
in territorij iurisdictionem suffectus est . Sed ob sacras  
Belgij factiones, relicta patria studiorum gratia tran  
quillitatem sectatur foris.

Habet insignem tractatum in manibus , de nouis  
& hactenus incognitis instrumentis ad artem Geo  
metricam, rina & Vtoriam necessarijs quem vt spero  
propediem in lucem dabit.

1592.

10. Antonius Folcardi  
Borbergius.

**A**ntonius Folcardi Borbergius, honestissimis pa  
rentibus in Bornbergo (qui pagus est Smallinger  
landia) natus est . Patrem habuit Folcardum, qui ibi  
dem longissima stirpe oriundus est , ex familia que  
Olma dicitur. Mater ei fuit ex Provincia Gruning.  
oriunda ex pago Zenderū , & ex progenie proprieta  
riorum (vt vocant) Buyters appellata : Mater huius  
Antony nostri Catharina fuit , filia Gerardi Allardi  
& immemorabili serie Bornbergensium nata : Fuit  
autem à parentibus suis mature adhibitus ad studia  
literarum, vtpote qui esset unicus ipsis filius : Itaque  
in pago Beistersuaga sub M. Quirino Ioannis , tum  
artium ac etiam fidei fundamenta iecit : Inde Suol  
lam ablegatus , & in ædibus fratrum ibidem habi  
tans sub Rectore M. Ioanne Telgio : Triuiales artes  
fideliter didicit, & paulo post in Theologiae principijs  
institutorem nactus est doctissimum virum Dom. Cu  
nirum Petri, qui postea Episcopus Leouardiensis fuit:

Denum

## DECAS DECIMASEXTA

Anno Chri-

st. 1.

Demum ob iustas causas mediante dispensatione ante  
legitimam etatem, hoc est anno 20. etatis factus est  
sacerdos anno Domini 1562 in Decembri a R. Archi-  
episcopo Fredrico a Tautenburgh ultraiecti ordinatus  
In mense Februario anni protinus sequentis legitime  
electus et canonice institutus est pastor in pago coteno  
Territorij Achtar speleni, vbi ultra quinquennium ha-  
bitauit, inde coortis factionū dissidiis; cū Anabaptitis  
luctam non exiguum pro grege sibi commissō habuit  
& efficaciter sustinuit: biennio sc̄re elapso in pago Hiē-  
mo Territorij leonardiani pastor electus. i2. annos in-  
tegros ibi expleuit quamuis ad pastoratus magis op-  
imos sapius electus. Interea patre ibi mortuo una cū  
matre sua honeste vixit: duasq; sorores nuptui mari-  
tis honestis dedit: duas itidem in Beihania siue Fosuer  
dia benedictini ordinis abbatia moniales fecit: inten-  
tus simul in doctrinam commissi sibi gregis: donec an-  
no 1580. mense maio inde in exilium electus duobus  
fere annis incerta sede iactatus sit, Coloniae, osnabru-  
ge, Gruningae & alibi: tandem Vicarius ecclesiae S.  
Martini Gruningae, factus est, interimq; & Sacella-  
nus Decani sui & pastoris ibidem, vbi concionando,  
ocendog; magnam gratiam apud önes consecutus  
est. adeo quidem ut Magistratus inclytæ vrbis istius  
cum seminario scholæ frairum regentem præficeret  
quod illic erigendum sperabatur, nisi obiecta impedi-  
enta fuissent. Tandem illo reliquo pastor in Harßens  
qui pagus Gruningae proximus est) constitutus, & Vi-  
carius Gruningae inter seniores factus ecclesiæ officium  
assiduum præstat: Hic mihi strenuam operam nau-  
xit in conquirendis ac transmittendis patriæ antiquis

T

taribus

DE S C R I P T O R I B A S F R I S I A E  
tatibus, ipse quoque scripsit qua aliquando uti spero  
in lucem emissurus est.

Orationem funebrem nobilissima Heroine Doro-  
theai a Manfelt.

Vxoris illustrissimi Francisci de Vardugo.  
Item orationes aliquod ad diuersos amicos in Holan-  
dia consolatorias: & alia quædam in sacris non con-  
temnenda.

## D E C A S . 17.

Martinus Hamconius

Martinus Hamconius vir singulari ingenio et eru-  
ditione præditus, natus est in collega, qui pagus  
est in Frisia non in celebris paternum genus illi fami-  
lia Hamkema, maternum ex Bœlema contigit, vxo-  
rem duxit Bannam ab Holclema: hic natus ad studia  
quo minus indulgere genio suo posset sacris factioni-  
bus impediens fuit, ter in exilium eieclis industria sua  
ex necessitate quod dici solet virtute fecit, & præmij  
loco ampliora quam amiserat, consecutus est: Itaq;  
primo redditu proprietor in lemnia, & quæstor in fol-  
lega constitutus fuit: Secundo antem septem syluarum  
Dick grauis ordinatus fuit: Tertio demum præturam  
in Doengievastal consecutus est: Interim tamen vrā-  
q; negotijs bellicis ac politis occupatissimus est, nihilo  
minus tamè, et rebus literarijs tribuat otij, quantum  
potuit. Itaq; scr:psit Aerostrichide de expeditione Io.  
Casimir aduersus Ernestum Bauarum Archiepisco-  
pum Colonensem, ad præstantissimum virum ac Dñ.  
N. Coquellum exeritus pfectum, in qua omnia ver-

*Ha incipiunt a C. vt in isto quod de Carolo caluo factū  
est.*

Carmina clarisone caluis cantate camene:  
Scripsit & calendarium heroicō carmine ad morē  
cisiōiani vereris, vbi ita stilum temperauit, vt salua  
carminis maiestate matiae respectum habuerit, &  
proinde omnibus in hoc genere, quos ego quidem vide  
rim longe praestet. Scripsit plura, quae breui publicā  
expectamus R. Dn. Commendator Gellius Ilstanus  
de quo supra dictum locuti sumus, nuper doctissimū  
eius carmen ad me transmisit quo illi nouam digni  
tatem in Vituerdensi cōmēdatoria oblatā graturlatur.  
Cuius priori parte eleganti a rosticide meum nomē  
expressit qua me ad reliquas historiæ frisonicæ par  
tes exuscitare voluit, quod ut lector videat & gustet  
hic subiçere non grauabor.

Martini Hamconij Follegani carmen  
gratulatorum ad R. Dn. Gellinum  
Ilstanū electum commenda  
torem in Virute.

Sicut vitrumq. bifrons cum Ianues viderat orbem,  
Vxore & pueris sacratae montibus hærens,  
Filioles docuit, reparare nepotibus agros,  
Friso ita Iangenæ soboles clarissima semi,  
Ruricolam patrio quo conderet ordine gentem  
Impositis Hylla pueris cum coniuge nani,  
Diuersam superis a Gange trahentibus oram.  
Venit arenosos Fleui sub littore montes.  
Spectauitque nouam bifrons quasi lumine terram.

Protinus incultam (sueu's cedentibus) ornans  
Exclusis furca laironibus aggere ponio.  
Templa Ioui stauoni posuit Gymnasia Phoebo,  
Relliquis Macedum ludos celebrantibus Indis,  
Vinxit amicitiae populos sibi fædere, linquens  
Septem castra suis, iura atq; insignia natis,

Legibus ac armis Natorum maximus Adel,  
Excoluit patrio claram post nomine gentem.  
Ordine principibus moderataq; Frisia septem  
Ut fui & ducibus, totidem iam condita seclis  
Arie manuq; potens meruit diadema Richoldus.  
Regibus vnde nouem titulusq; & gloria fulsit:  
Donec Radbodus superatus ab hoste secundus,  
Imperium Carolo, vitam rellinqueret orco:  
Et Frisiis animos, & libertatis amoremi:  
Nomen qui patrium, Magno duce, cæsare Magno  
Saxone vi capto, Roman virtute domantes  
Imperio Sacrum soboli fecere decorum:  
Summa reportata est cum libertate potestas.

Frisia quæ peperit diplomata sanguine, multæ  
Regali posito fuit diademata seclis.  
Insigni pietate Vigens, Clarissima Marte  
Sorte fruens propria nulli foris iniuida genti.  
Ingenijs famosa bonis, celeberrima Musis.  
Vtilis historiæ dextro qua sydere clarum  
Suffridum patriæ genuit Leouardia petrum:

In tres de Frisonum quos scripsit origine libros  
Et Frisia ordinibus missam de Frisone Strenam  
Versibus authoris præmisso nomine lusit,  
Clio, tibi Gelli Frisonis quæ mitto Nepoti:  
Ut simul & tenui lata mea gaudia mentis,

## DECAS DECIMASEXTA

Anno Chri-  
st.

Ob modo collatos tibi carmine testor honores  
 Et fera magnanimi monstrum per fata parentis  
 Omne solum fortis patriam non limite corpus  
 Non animum cauea claudi, nihil esse remotum  
 Longius, interpidam si virtus ardua mentem  
 Incolat, & dulci doceat praeponere rectum:  
 Nam sua cum Regni iustis heredibus orba.  
 Tonsoris spurio parceret Fresia nato,  
 Maluit exilio patriæ pater ipse penates  
 Et tepidum rigidis Mutare aquilonibus austrum.  
 Quam sufferre trucem despecto fortis Agrammen.  
 Liberaq; iniusto submittere colla tyranno:  
 Non tamen ob regimen Domini tonsoris iniquum.  
 Nec varios ideo perpessos & quore casus  
 Dulcis honor andum pviria neglexit amorem.  
 Sed memor illius, memor & pietatis auite.  
 Appulit Ut Fleui fatis monstrantibus oram.  
 Numinis & patriæ stellis fælicibus illa.  
 Imposuit nostris adiecta Vocabula terris:  
 Stauria quæ tantis retinet, quæ Frisia seclis.  
 De quibus hic noster Frisicus Annalibus author,  
 Plenius insignem referens, ab origine gentem  
 Differit, & magnis proauos heroibus & aquat.  
 Quippe nepos Frisonis tam denso puluere condi  
 Busta sepulchorum miserans illustria patrum.  
 Vndiq; dispersos tenebrosis eruit aniris,  
 Et pius historica cineres coniungit in Vrna.  
 Vnde sibi nomen cœli sublimius Axe  
 Comparat, & toto mundi laudabile tractu.  
 Cuius ut es fauor patriæ præcomis honorum.  
 Factaq; semideum gaudes insignia patrum

DE S C R I P T O R I B V S F R I S I A E  
Historicis operum speculo, cognoscere scriptis.  
Hæc de fortuna Frisonis, Fatisq; nepotum  
Imperio studijs, & gentis origine nostræ  
Clio nouis voluit tibi nuper honoribus aucto-  
lamq; sui Fratris celebranti necare festum  
Ludere gratanti Frisonum doctissime plectro:

2. Petrus Pierius Smenga.

Petrus Pierius Smenga Schotanus honesto loco natus  
viudo et acri ingeñio, memoria tenaci, ab ineun-  
te etate musarū astra secutus est: Triū linguarū pre-  
sidio ad omnia artiū penetralia facile peruenit Patrē  
habuit Henricum a Smenga virum egregium, qui li-  
cerit oīpudet, fuerit studijs ac studiosis maxime dedi-  
fuit Praeceptore Smegma noster usus est viro optimo.  
& eruditissimo Bernardo à Beyma Leouardienst:  
qui nobis in cœmuni patria condiscipulus olim sub, M.  
Cornelio Coleberto fuit Qui quidem cum ad insignes  
dignitates politicas sepius euchi potuissest in re litera-  
ria præmonenda se continere maluit, & diuersis in lo-  
cis publicas si holas rexit, & scripsit etiam nonnulla  
que in excusa sunt haclenus ignoramus ad nostras  
certe manus nondum peruererunt viuat nec etiam  
comperium non habemus.

Louaniensis vniuersi. illustre testimoniu de eo publice  
tul: ex quo & virtus eius insignis & eruditio lector  
constare potest: Afferit enim vniuersi eum integris vi-  
ginti annis contine louanij summa morum ac vite in-  
tegritate esse versatum. lignuā græcam interea &  
Hebream publico stipendio esse proffessum Regio etiam  
stipen-

# DECAS DECIMASEXTA

stipendio medicinam publice docuisse ita ut ex dispensatione <sup>Anno 1  
ii.</sup> Iustiniani secundum L. V. cod. de professoribus lib. 10. comes palatinus de iure sit. Varijs etiam vicissim honoribus ab universitate esse decoratum, ita ut in presenti quoque sive ex unus quinque Dn. Iudicium causarum appellationum, & ut plurimum semper fuerit unus ex quinq<sup>z</sup> Dn. deputatus, qui magnifico Dn. Rectori sunt a Consilij è quorum relatu, sententia, ac iudicio per magnificum Dn. Rectorem universitas regitur, omniaq<sup>z</sup> eius negotia administrantur: Scriptisse eum testatur universitas duo magna volumina (quamquam his extremam manum nondum adhibueri) per titulos locorum communium & moralium ordine accurato digesta, & ex omni parte fere ab ipso conscripta, in quibus tanquam indicibus locupletissimus annotavit loca quae ipsi in lectione scriptorum omnis generis, tam sacrorum quam prophaniorum visa sunt præcipue notata atque obseruata digna.

Testatur iidem antistites eiusdem universitatis se vidisse & euoluisse aliud eiusdem scriptum in folio Palma crassi tunc quod proprio titulo inscribitur: sacro sancti ac gemini Bibliorum textus Hebrei Græci innumeris locis linguarum peritia se se vendit anibus malecastigando, curando, & interpretando corrupti & in alienum sensum detorti Apodeixeis: quod opus opportunitate data absolvit & in lucem dabit:

Aliud etiam opus pre manibus habet quod inscribitur Mercurius de Hermonia mundi.

Item in prophetas plerosq<sup>z</sup> auim illos publice interpretatur, quo ad literam & historiam commentatus est.

Anno Chri.  
81.

## DESCRIPTORIBVS FRISIAE

Operi etiam Michlol Rabbi Dauid Rimhi que ad intellectum Hebraismi desiderabantur ipse adiecit:

In Gracis etiam scriptoribus sacris & gentilibus historicis, philosophis, oratoribus ac poetis infinitam habet emendationum & restitutionum copiam:

In galenum quoq; annotationum & emendationum chiliadas contulit:

Scripsit etiam notas & emendationē in naturalem historiam C. Plinij:

Conscriptis etiam prisca omnis antiquitatis commentarios.

Hic nobis transmisit vtendum egregium opus Henrici Thaboriae, qui historiam mixtam patriæ ciuilem et ecclesiasticam scripsit à Christo nato usq; ad atatē suam qui ut supra adnotauimus vixit circa annum Christi 1550. noster autem Doctor Smenga Louaniensis hactenus nifallor viuit & Regio stipendio medicinā publice docet.

### 3. Ioannes Carolus.

Ioannes Carolus Antuerpiae nobili Brabantiae emporio natus à teneris annis primum in Louaniensi apud Belgas, mox Aureliana et pictorum postremo in patavina et Bononien. apud Italos Academijs tū liberalibus disciplinis & linguarum cognitioni tum iuveniudentiē diligentem nauauit operam ac post multa publica perorando ac disputando sua indolis data testimonia viceximo quarto atatis sua anno patavij in virog; lute doctoratus insignia adeptus est. Inde cū in clarissimo apud Mechlinienses Senatu per lustra duo causarum patronum egisset, & varijs eiusdem

Senatus

Senatus suffragijs ad septenos dignitatis gradus postularetur, tandem in Regio apud Friesos Senatus à consilijs & Fisci procurator constituitur: Cūq; ea tē pestate qua Caspar à Robles Friesia prefectus est, factionum dissidia maxime flagrarent, ipse rerum ab illo in Friesia gestarum libros quatuor conscripsit, quos & Regi Hispaniarum dedicauit: voluit author horum librorum legendorum copiam nobis fieri ante quam in Hispaniā mitterentur: Sed Viglius zuichemus per literas à nobis rogatus ut eos nobis Louaniis transmittenet, respondit rem non esse integrā, quod eos iam antea ad Regem transmisisset: Author postea in magnum Senatum Mechlinensem cooptatus est: vbi nī fallor adhuc viuit,

#### 4. Petrus Tidrichus.

Petrus Tidrichus Pascanius Gruningæ ludimagister fuit, ibi Dialecticam docuit, cuius compendium in lucem edidit. Excusum Argentine. anno 1556. de hoc autore plura non comperio: nec sat scio an adhuc in viuis sit.

#### 5. Albertus Meierus.

Albertus Meierus Stramfrisius scripsit methodū apodemiam, opusculum peregrinantibus utilissimum quo docetur, quid singulis locis pricipue in peregrinando studiosi sciscitari, expiscari & obseruare debeant: excusa est alibi separatim in 8: & tandem recusa in 8: ad calcem operis Petri lindebergijde preci puorum numerorum nobilitate. Typis myliandrinis Rostcohi anno 1591.

F I N I S.

ERRATA, QVAE QVANQVAM  
nobis hic præsentibus & præsidenti-  
bus irrepescunt, ita corrigito

**P**Ag.2.l.1. Frisia l.13 lege. : 49. pag.3.l.penult. Sve-  
onum. pag.7.l.27 Malorige:p.10.l.9 Synuæ:p.13.l  
10. lege. 432.p.16.l.7. tollendis:p.19.l.15. Vinibol-  
dū:p.20.l.30. deinde eo:p.26.l.24. septingentesimū  
.p.27.l.22 Gundobaldo. l.28. fotonam:l.29 Vsq; suā  
subinuge verbo (declarabimus) & numeros ibidem  
ex 32. restitue. 832.p.44.l.10. afferuntur. p.51. l.27. lege.  
1491.p.60.l.6. federet. p.6.l.14. Aus*siā*:pag.62.l.4. Reins-  
kia. p.64. l.4. Bentzma:l.15. Vetroperorum:p.67.l.  
11. affererent:l. vlt.hic enim. p.74.l.3 lege. 1499. l.23.  
præsidit fuit. pag.75.l.18. itque quoliēs patriæ neceſ-  
sitas postularet, ad fuit, ne. p.79.l.10. thaboritico:p.  
92.l.27. emdensi. p.88 lin.4. ab his (in fallor) exami-  
natum medicæ, p.95. linea. 230b morum comitatem  
gratus omniibus etiam p.101. linea 22. Vuō: pagena.  
103. linea.28. nuapegum. pagena. 94. linea.27. Loua-  
nensi:l.21. fidosp.119.l.1. ex equo:p.122.Dni sui p.  
123.l. vlt. postridiani p.124 l.27. Septentrionem:p.128  
l. Vlt. in priuatis colloquijs quanto cädere. quanta  
modestia fue. it. meminerunt:p.129.l.8 & prætet.p.  
135.l.23. dele, ex. 138.l.19. proferret.l.14 conceperunt  
p.143.l.11. Manarmani p.1.44 l. Aestrachix:p.145.l  
20 id, qua:p.152.l.2. liberi.l.25 consecutus:p.159:l.25.  
arboris:p.165 l.9. deinceps ei p.169.l.25. dominū:p.  
174.l.14 Burgh.l.22. Gälenus:p.175. l.3. in.i.p.176. l.12.  
patrui:p.177.l.5. Fresionum:p.181.l.6. argumentis l.19.  
cui libus:l.3:ōnia pene l.penult. tapert:p.186. l.22.  
inita.l. 29. dorpius. p.192. l. 21. duci p.195. l.25. ad du-  
calem cognitionem l. 26. cum alijs. p.196.l.9. dele an-  
noq;. pag.198. l.1. cæſ M erga ſe.l.7. spiram.l.18. M.  
cæſ. vſa.l.21. Duci. p.199. l.5. vna 50.l.12. Neuburgum  
l.15 dele eius l.22. ſe in tranquillitatam.l.29. & Dom  
Mariam, commissioq; pag 200.l.10. ac Vnius. l.15. cæ-  
rum gratularum affuentibus. l. 22. Principeim recipi.  
l.24. vt consueta p.2. l.1.4 coadiutoriam. p.202.l.14  
nuptumq; p.207.l.28. innupta p.27-l.14 eōstructo. p  
221. l.9 aſt hic. p. 222. l.8. ōde. pag. dele.l1. p. 227.l.17.  
in contemptum.l.22. liberaliter p.214. l.7. pinguiō-  
rem:p.237.l.5. Vbl abbares. l.12. Hector ab.l.13. dele.  
tota Frisia & lege parem l.1.14. uni quatuor etiam ſ  
ſaga-

Tiōs habuit:p.236.l.6.eonatibus nostris p.238.l.8.in  
Frisiam migrauit,& Franekeræ vbi vxor. p.241.l.23.  
Tagacitare sua :p.242.l.5 in Bat. p.244 hoc cognos-  
cendas.p.245 l.10.alij eam. p.252 l Vlt. quadregena-  
rio minor: p.259.l.3.congeserant.l. teperiār.l.25.  
Benedictini.& ibidē Fosvertp.259.l12 duce17.verniō  
p.261.l.1b.imitat⁹.p.267.l.9.qui &. p.268.l.18,vt con-  
sequatur-270.l.7.oppenhusanx p.273.l.26 Feionis p  
276.l.7.Feio p.278:l.1 placida. p.285.l.13 Italia.l.vlt.  
Auskia:p.288.l. Geometricam,& vrinatoriam

